N oli te soliciti eē dicētes qd mādu
cabim⁹ aut qd bibem⁹ scit enim pr nr
celesus qd nobis necesse sit alla. ps
M ag. or C ustodi domie qs
ecclīaz tuā ppiciatōne ppetua ꝛ
q2 sine te labit humana mortali
tas. tuis semper auxilijs et ab
strahat a noxijs et ad salutaria
dirigat. P. lc in. ii. n⁹ epistola
beati pauli apostoli ad galatas

Fratres si viuimus spũ. spũ
et ãbulem⁹. par est in sen
su ꝛ rõe hic locus supiori vbi di
cit. spũ ãbulate et desideria car
nis nõ pficietis. qđ ibi dicit spũ
ãbulate hoc est hic si spũ viuim⁹.
spũ et ãbulem⁹. qđ est aũt q̃ spũ
viuit nisi interior homo nr̃: q̃ in
terdũ corrũpi solet in tertio noct
no lectio sãcti euãgelij scđʒ ma
theũ In illo tẽpore dixit iesus
discipulis suis, nemo põt duob⁹
dñis seruire. et rel'. incipit home
lia lectionis eiusdem Quidam
duos dños voluit intelligere chri
stum videlʒ ꝛ diabluʒ. quorũ so
cietas esse nõ põt. que eniʒ socie
tas lucis ad tenebras. que cõiũ
ctio christi ad belial. vel q̃ pars
fidelis cũ ĩfideli. subaudit n͞ l'a.
et qui sunt duo domini: deincepſ
apit cuʒ subiũgit nõ potestis deo
seruire et mammone. ad bñs
añ. Nolite soliciti vt sup i vespis
ōro Custodi ad magnificat ã.
Querite primuʒ regnuʒ dei et iusti
ciam ei⁹ et hec omia adicient vobis
dicit dominus ps. M ag. oratio
Custodi. domica xvi. post oct.
pentecostes ad magnificat añ.
Ibat iesus in ciuitate que vocat
naym. ecce defunctus efferebat filius
vnic⁹ matris sue. ps. M ag. ōro
Ecclesiã tuã dñe miseratio cõ
tinuata mundet et muniat ꝛ q̃
sine te nõ potest, salua consistere
tuo semp munere gubernet. Per.
lc. i. ii. n°. epl'a beati pauli apo
stoli ad ephesios.
Fratres obsecro vos ne deficia
tis ĩ tribulatõnib⁹ meis p
uobis q̃ ẽ gloria vr̃a videbat pau
lus apostolus cõsumari cursuʒ su
uʒ ꝛ simulacra doꝝ ad nihilũ redi
gi ꝑncipẽ mũdi foras eijci pullu
lare fidẽ credẽtiũ. edificari eccl'
siaʒ et crescere. se aũt atrocit' pſe
qui propter instãtiam laboris et
predicatiõis accepti officij ad cõ
seruandem ecclesiam discipulos
quos ãte predicauerat verbis.
voluit instruere exemplis cũ ait
obsecro vos ne deficiatis in tribu
lationibus meis in. iii. nocturno
lc. sancti euangelij scđm lucam
In illo tempore ibat iesus
in ciuitatem que vocatur
naym. et rel'. hom. lectionis eiusdem
Naym ciuitas est galilee: in se
cundo miliario tabor monte cõ
tra meridiem; iuxta endor q̃ est
vicus grãdis, ĩ quarto miliario

einsdem montis ad meridiem inter pretatur autem fructus instabilis siue cõmotio mundũ istum significat q in fluctuatiõe et cõmotõne positus est. ad benedictus. añ. Accessit iesus et tetigit loculum hi autem qui portabant steterunt et ait adolescens tibi dico surge et resedit q erat mortuus alla. ps. Benedictus oratio. Ecclesiam. dñica. xvii. post oct. ad magnificat. añ. Unus deus vna fides vnum baptisma vnus deus et pater omnium qui sup oms et per omnia et in oibus nobis alla alla. ps. Mag. oratio. Tua nos dñe qs gra semper et preueniat et sequat. ac bonis opibus iugit prestet esse intentos p. In secũ do nocturno epistola beati pauli apostoli ad ephesios

Fratres obsecro vos ego uictus in domino. vt digne ãbuletis vocatõe q vocati estis in hac sentẽtia duplex intelligenda ẽ ratio. et spũaliter et hystorialit quãtũ enim ad littam ptinet uictus erat in dño. idest propt dominum q fidem christi p̄dicans a nllo psecutor obsisti potuit vel diriuari et ob hanc causam i carcere trusus fuit. et hoc ẽ qd ait ego uictus in domino aliter vinctus erat in domino uinculo caritatis cum ephesijs. In iii nocturno lc sancti euangelij scdm lucam In illo tempore cum intraret iesus in domo cuiusdam principis phariseorum sabbato manducar panem et ipsi obseruabant eum et rel. Homelia lectionis eiusdem.

Sepe legim⁹ in sancto euãgelio. quia veniens dñs iesus in hunc mundum cum peccatoribus et publicanis manducauit et bibit non solum manducauit et bibit verum etiam inuitatus ab eis venire nõ renuit imo etiam et sponte ingrediebatur aliquando ad eos et quocunq ibat siue ad prandium siue ad nuptias aut pcca dimittebat aut miracula faciebat. ad benedictus antiphona Dixit dominus iesus ad legis peritos et phariseos scilicet sabbato curare at illi tacuerunt. ipse vero apprehendens ydropicum sanauit eum ac dimisit alleluya. psalmus Benedictus oratio Tua nos ad magnificat antiphona. Cum inuitatus fueris ad nuptias recumbe in nouissimo loco vt dicat tibi qui te inuitauit amice ascende superius

et erit tibi gloria coram simul discu
bentibus all'a psalmus Magni
ficat oratio Da nos domini
ca xviii post octabas ad magni
ficat aña Magister quod e ma
gnum mādatum in lege ait illi iesus
diliges dominū deū tuū ex toto cor
de tuo al' ps M ag oro Da q̄
sumus domine populo tuo diabo
lica vitare contagia et te solum
dominū pura mente sectari. R
lc in secundo nocturno ep'la b'a
ti pauli apostoli ad corinthios.
Fratres chorithij sūt archei
bi predicati a paulo ap'lo
post eius dissenhonē illius doctri
naz deserētes. seducti sunt a fal
sis prophetis. hos ap'ls cupiens
reformare scribit illas ep'las du
as. in prima laudat eos in capi
te. inferius valde reprehendit.
morem piti medici tenens. sicut
eniz pitus medicus prius tāgit
carnes sanas: vt pueniat ad pu
tridas: nisi prius sanas tange
ret forsitā eger eius medicinam
respueret in tertio nocturno lcō
sancti euangelij scd'm matheuz
In illo tempore accesserūt
ad iesum seducei: et inter
rogauit eum vnus ex eis legis
doctor temptans eum. magister
q̄d est magnū mandatū in lege
et rel Homelia lectionis eiusdez
Superius narrat euangeli
sta qualiter accesserunt
ad dominum seducei. qui dicūt
non esse resurrectiōem et interro
gauerunt euz. magister moyses
dicit. siq̄s mortuus fuerit nō ha
bens filiū ducat frater eius vxo
rez illius et suscitet semen fratri
suo. erant aūt apud nos septem
fratres: quoruz primus ductā v
xore defunctus est: et hic non ha
bebat filium ad bñs aña Quid
vobis videt de christo cuius filius ē
dicunt ei dauid. dixit eis iesus quo
modo dauid in spiritu vocat eū dñz
dicens dixit dñs domino meo sede
a dextris meis ps Benedictus
oro Da q̄sumus ad mag aña
In resurrectōe aūt neq3 nubet neq3
nubent sed sunt sicut angeli dei i ce
lo all'a. ps M ag oro Da que
sum'. dñica. xix post oct ad mag
aña Dixit dñs paclito confide fili
remittūt tibi peccata tua ps M ag
oro. Dirigat corda nostra dne
q̄s tue miserationis operatio. q̄r
tibi sine te placere non possumus
R lc in secundo nocturno ep'la
bti pauli ap'li ad ephesios
Fratres renouamini spū men

tis vr̃e. renouari precipit apl̃us spũ mentis vr̃e. de quo alibi si ex terior homo nr̃ corrũpitur: his q̃ int⁹ est renouat. et recte dicit re nouamini spũ mentis vr̃e. q2 nec i sensu sine spũ nec i spũ sine sen su renouamur. sicut enim psalli⁹ spũ psallimus et mente. oramus spũ. oremus et mẽte. ita renoua ri debemus sensum, vt cum ipe mund⁹ fuerit exterior homo atq3 purgatus coniungat ei renouat⁹ spũs. in. iii⁹. nocturno lc̃ sancti euangelij scd̃m matheum

In illo tempore ascendẽs iesus i nauiculam trãsfre tranit et venit in ciuitatem suã et rel. homelia lecitonis eiusdẽ Paululum etenim superi⁹ ma theus euangelista narrat q̃ veni ens in regionem genasanorum occurrerũt ei duo hoĩes habẽtes demonia, qui cõmorabantur in monumẽtis nimiũ seui quos dñs mirabilit' sanauit ⁊ eosdẽ demo nes in gregẽ porcoꝝ iussit introir' his antẽ oĩb⁹ prelibatis p̃missuz ab euãgelista statim subintulit. ad benedict' añs. Dixit dñs ie sus quid est facilius dicere remittũt' tibi peccata tua aut dicere surge: et ambula. ps. Benedictus. oro

Dirigatur. ad mag. añs Di xit dominus paralitico tolle lectum tuum et vade in domũ tuã all'a. ps Mag. oro. Dirigatur. dñica xx. post oct. ad mag. añs. Di cite inuitatis ecce p̃randium meuz pa raui veite ad nuptias alleluya. ps. Mag. oro Omnipotens ⁊ mi sericors de⁹ vniuersa nobis ad uersantia p̃piciatus exclude, vt mẽte ⁊ corpore pariter expediti que tua sunt liberis mentib⁹ asse quamur P. in ii⁹. n⁹. ep̃'a beati pauli apl̃i ad ephios.

Frs videte itaq3 quo⁹ cau te ãbuletis nõ q̃si insipiẽ tes sed vt sapientes. sepe dictũ est q2 sic sunt exterior's oculi cor poris q̃bus hãc lucẽ vidimus. sic sũt ⁊ interior's cordis q̃b⁹ de⁹ vide tur. de q̃bus ipe dicit beati mun do corde q̃m ipi deũ videbũt. et sic sunt exteriores gressus corpo ris sic et interiores mẽtis. de q̃ bus scriptũ est adomino gressus hoĩs dirigет. qd̃ vero hic dicit vi dete itaq3 quo⁹ caute ãbuletis ta le est qd̃ ait saluator ãbulate dũ lucẽ hẽtis in tertio nocturno lco sci euãgelij scd̃z matheũ In illo tp̃e dicebat iesus t̃bis parã

bolā hanc. Simile factū est regnū celorū homini regi q̄ fecit nuptias filio suo, et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias et nolebāt venire, ⁊ rel. Homl lectōnis eiusdem T extum euāgelice lectionis fratres krīmi volo si possum sub breuitate trāscurrere vt in fine eius valeā ad loq̄ndū largius vocare, sed q̄rendu pri⁹ est an hec apud matheū ipa sit lectio que apō lucam sub appellatione cene describit. et q̄dem sunt nonnulla q̄ sibi dissonantia esse vident q̄ hic prandiuz: illic cena memoratur. ad bñs añ. N uptie quidem parate sunt; sed q̄ inuitati erant non fuerunt digni: ite ad exitus viarum ⁊ quoscūq̄ inuene ritis vocate ad nuptias alleluya. ps. B ñs oīo O mips. ad magnificat añ A mice quō huc intrasti non habens vestem nuptialē at ille obmutuit, rex aūt dixit ligatis manibus ⁊ pedib⁹ mittite in camio ignis ardentis ps. M ag. oro O ps. Dñica. xxi. post octabas pente. ad mag. añā E rat quidā regul⁹ cui⁹ filius infirmabatur capharnauz hic cū audisset q̄ iesus veniret i galileā rogabat eū vt sanaret filiū ei⁹ ps. M ag. oīo L argire q̄s dn̄e

mine fidelib⁹ tuis, indulgentiā et placat⁹ et pacē vt pariter ab oībus mūdent offensis, et secura mente deseruiāt. P. in secundo nocturno epla bti pauli ad ephesios F ratres de cetero confortamini in dnō et in potentia virtutis eius, āmonuerat enī supe rius apostolus paulus. seorsū viros seorsū feminas dominos ⁊ seruos filios et patres dicens. viri diligite vxores vestras sic et christ⁹ ecclīā. mulieres viris suis subdite sint filij obedite parentib⁹ p oia hoc enī placitū est dnō. Patres nolite ad iracūdiā puocare filios vr̄os vt nō pusillo aīo fiāt. iii. n°. lc. scī euāgelij scđm iohānē. I n illo tpre erat q̄dā regul⁹ cui⁹ fili⁹ infirmabat capharnaū ⁊ rel. Hol lc. eiusd. L ectō scī euāgelij q̄z modo fr̄es audistis expositōe nō indiget s; ne hāc tacite pterisse videamur exortādo poti⁹ q̄ exponēdo i ea aliq̄d loq̄mur. h° at nobis solū modo ē expositōe videat esse req̄renduz. ad benedictus añ. D omine descende vt sanes filiū meū p̄usq̄ moriat dicit ei iesus vade filius tu⁹ viuit alla. ps. B enedictus. or̄. L argire. ad magnificat antiphona C ognouit aūt pater q̄ illa

hora erat in q dixit iesus filius tuus viuit et credidit ipse et domus eius to ta. psalmus Magnificat. oratio Largire dnica. xxii. p octabas ad magnificat aña Simile est regnum celorum homini regi qui voluit ratonem ponere cum seruis suis et cu cepisset ratonem ponere oblatus e ei vnus qui debebat decem milia talen ta non haberet vnde redderet iussit eum dominus venundari et vxorem eius et filios et omnia que habebat et reddi. psalmus Magnificat oratio Familiam tuam qs do mine cotinua pietate custodi vt a cunctis aduersitatibus te ptegen te sit libera et bonis actibus tuo nomini sit deuota. P in scdo no cturno epistola beati pauli apo stoli ad ephesios.

Fratres confidim de vobis in dño iesu. qz cepit in nobis op bonu pficiet usqz in die christi iesu. philipenses sunt macedones hos pdicauit apls paul q acceptam fidem firmiter tenuerunt. nec fal sos recepunt aplos sicut qdaz nec psecutiones malorum hominuz timu erunt scribit eis apls paul eplaz nil causa reprehensiois ostendit. sz exortatonez tm vt fide qua acce perat et ceptu op bonu usqz ad co sumatoem pducent. In. iii. n. lc sci euangelii. scdz matheu. In illo tpre dixit iesus discipulis suis simile e regnu celorum hoi regi qui voluit ratone ponere cu seruis su is et rel. Ol. lc. eiusd. Familia re e siris et maxie palestinis vt ad os sermones suos parabolas iun gant propt simpliciores vt quisum plex mes cape no valet parabo lice erudiat. hac cosuetudiez dei filius tenuit q sepe discipulos suos p parabolas erudire voluit. ad bn. aña. Dixit at dñs seruo red de qd debes pcides at serm ille roga bat eu dices patientiaz habe in me et oia redda tibi. ps. Benedict. oro Familia ad mag. an. Serue neque oe debitum dimisi tibi qm roga sti me no ergo oportuit et te misereri cõserui tui sic et ego tui miserit sum di cit dñs. ps. Mag. oro. Famili a. dnica. xxiii. p oct. ad mag. a. tipõbna Magister scimus quia ve rax es et viam dei in veritate doces alla. ps. Mag. oro. Deus refu giuz nrz et virt adesto pijs ecclie tue precibus auctor ipse pietatis et presta vt quod fideliter petim efficaciter consequamur p. In iii.

nocturno lec. ep'la bti pauli apli ad philipenses

F res imitatores mei estote et obseruate eos q ita ambulant sicut habetis formã nr̃az notãduz ẽ eniz q ephesijs idem apostolus dicit estote imitatores di sicut filij kmi. tũc ad philipenses loquit p ep'laz suaz dicens imitatores mei estote vt ipi pfectiores essent q philipẽses qd vtiqz non erant sed nouerat se paulus imitatorez esse christi 7 in oib' vestigia ei' sequi. in iii nocturno lectio sancti euãgelij scdm matheum

I n illo tpe habeũtes pharisei consiliuz fecerunt vt capent iesũ in sermone 7 rel. hol. lc. eiusdez

N up sub cesare augusto iudea subiecta romanis qñ in toto orbe itap ẽ celebrata destrictio stipendaria fca fuerat 7 erat in pplo magna sedicio dicenti us alijs p securitate 7 qete qz romani p oibus militarent debere tributa soluez. ad benedictus aña. I nterrogatis a iudeis dñs si licet censuz dari cesari qb' ille respõdbat dicens reddite ergo q sũt cesaris cesari 7 q sũt di do reddite do all' ps. B n' oio. D e' refug ad mag aña. R eddite ergo q sũt cesaris cesari 7 q sũt dei reddite do all'a psmus. M ag. oro. D e' refu dominica. xxiiii. p' oct. ad magn

D icebat ei itra se si tetigero fimbriam vestimẽti eius tm salua ero. p. M ag. oro. E xcita dñe qs tuorum fideliuz volũtatis. vt diuini opis fructũ ppensi' exeqntes. pietatis tue remedia maiora pcipiant p. lc. in. ii. n'. ep'la bti pauli apli ad colocẽses. N os nõ cessam' p uobis orantes 7 postulãtes audierat bt' paulus colocensium fidez 7 dilectõez quã habebãt in deum 7 vt hi in virtutib' sequẽtib' crescerẽt orabat dicẽs nõ cessamus p uobis orantes 7 postulantes hãc consuetudinez hẽbãt apli quã 7 nos tenere debem'. vt inuicẽ oremus 7 magistri p discipulis 7 discipli p magistris sic i alio loco de' at spei repleat nos oi gaudio 7 pace in credẽdo vt abundetis i spe 7 virtute spũs sancti. in iii. n' lc. sci euãgelij scdz matheu

I n illo tpe loquente iesu ad tbas ecce pnceps vn' accessit 7 adorauit eũ dicens dñe filia mã modo defũcta ẽ sed veni impone manuz sup eaz 7 viuet. 7 rel. ho lc. eiusd. O stauuz signuz esse

cūdūz matheūz in quo pnceps ar
chisinagog' rogauit filiā suaz a
domino resuscitatā volens d miste
rio circūcisiōis excludi sz subitrat
mlier sanguine fluens r octauo
sanat loco. vt filia pncipis d hoc
nūo exclusa trāsiret i nouū naz p
mū fuit scdz eūdem euāgelistam
matheū quādo descendens domi
n' d mōte occurrit qdam leprsus
quez ipe mirabilit sanauit. ad be
nedict' aña D icebat enim intra
se. vt supra in vespis or E xcita
ad mag. aña S i tetigero fimbri
am vestimēti eius tm salua esse poto
ab infirmitate mea. pl. M aña
ratio E xcita. dnica. xxv r. xxvi
oia dicatur hic in dñica prima trans
acta f. in dñica. xxiiii. sed in pmo
nocturno legāt lectiones d hystoria
scdm q continget. dñica in scā tri
nitate que intit ilat dñica v. an
te natale dñi sabbato ad vespe
ros añ. v. añe. dicātur. G lia
ppes cū ceteris añ. pl. B enedictus
cum rel. de feria cp. B enedictō r
claritas r sapiētia r grāz actio
honor r virt' r potestas deo nro
in scla sclor amen R. E cce di
es veniunt. requre in. vii. lc. r reitet
post. G. R. hyz. O lux beata. r
i fine hymnor ad os horas dicat. v
glia tibi trinitas. v. B enedicam'
prēz et filiū cū sco spū. R. L au
dem' et superexaltem' eū in scla. aña
C ū sublenasset oclos iesus et vi
disset maxiaz mltitudiez veientē ad
se dicad philippū vnde emē' pāes ut
māducēt hi ipe ei sciebat qd cēt fact'
pl. M ag. añ triumphetur oratio
O mps sempitne deus q dedisti
famulis tuis in cōfessione vere fi
dei eterne trinitatis gliam agno
scere: et in potentia maiestatis
adorare vnitatē qs vt eiusdez fi
dei firmitate ab oibus semp mu
niamur aduersis. qui viuis r re
gnas deus p oia scla sclor amē
N ullā facimus com nisi tm de fe
stiuitatibus q venerint i hac die sab
bati. vel de octabis sancte katerine
si euenerint. et nota q si aliqd festuz
venerit i dñica scē trinitatis in segn
ti die lune celebret. ad cōpletoriuz
lectio B enedictio et cla. aña.
T e adoramus. ps C um inuo
cp T u aūt hym T e mane
C ustodi aña T e semp idez ps.
N ūc di or V isita. ad complz
añ. reqre in. iii' n'. ad matutinas
inuitatorium D eū verū vnū in tri
nitate et trinitate in vnitate. Venite
adorēus ps V enite hym T u tri
nitatis. require fria. vi. r no dicatur

nisi primus vlus cum. gloria tibi trinitas. In .i. noctno añ. Gl'ia tibi trinitas eq̃lis vna deitas et ante omnia secula et nunc et in perpetuũ ps Celi enarrant. añ. Laus et perennis gloria deo patri cũ filio sancto simul pacdito in secula seculorũ ps Domini est terra. añ Gloria laudis resonet ab ore omniũ p̃ris genitecꝫ p̃lis spũs sancti pariter resultet laude pẽni. ps Afferte domino. ℣. Verbo dñi celi firmati sunt. ℞ Et spũ oris ei⁹ ois vtus eorũ Pater nr̃. prima benedictio ad lectiones dicat̃ ista. Alma trinitas et insepabilis vnitas, nos bñdicere ꝛ custodire dignet̃ amen. alie vero dicant̃ more solito. lc̃o prima augustinus ad petrũ Firmissime tene et nullatenus dubites patrẽ et filium et spũm sanctum vnum esse naturaliter deum: in cuius nomie baptizati sum⁹. ℞ Benedicat nos deus deus nr̃ bñdicat nos deus. et metuant eũ oñs fines terre. ℣ Deus misereat̃ nr̃i et benedicat nos deus. p Et metu lectio ii Cum eni aliud nomẽ sit pater, aliud filius. aliud spũs scũs. hoc ẽ vtiqꝫ vnũ nate nomẽ hoꝝ triũ q̃d d̃r de⁹ q̃ d̃r i d vtero nomio. videte q̃z ego sum de⁹ et

nõ est ali⁹ de⁹ preter me ℞ Benedictus dñs deus israel q̃ facit mirabilia solus. ꝛ benedictũ nomẽ maiestatis ei⁹ in eternũ. ℣ Repleat̃ maiestate ei⁹ omis terra fiat fiat. p Et be[n]. iii Et de q° d̃r audi israel dñs de⁹ tu⁹ de⁹ vnus est. et dñm deũ tuũ adorabis: et illi soli seruies ℞ Quis deus magn⁹ sic de⁹ nr̃ / tu es deus q̃ facis mirabilia ℣ Notã fecisti in poplis virtutẽ tuã redemisti in brachio tuo populũ tuũ. p Tu es. g. p Mirabilia in secũdo n° añ Laus deo patri parilicꝫ p̃li ꝛ tibi scẽ studio pẽni spũ nr̃o resonet ab ore omne per eũ ps Exultate iusti. añ Ex quo oia p quẽ oia in quo oia ipsi gl'ia in secula ps Benedicã dominum añ Adesto deus vn⁹ oips pater et fili⁹ et spũs sanctus. ps De⁹ nr̃ refu. ℣ Benedicã⁹ patrẽ et filiũ. vt in vespis. lectio iiii Firmissime tene et nullaten⁹ dubites. patrẽ et filiũ et spũm scũm idest scãm trinitatẽ esse solũ natal'r verũ deum q̃z cũ tres deos nobis colere nõ liceat. nisi vnũ solũ verũ deũ cũ sit p̃r ver⁹ de⁹ dicitur ℞ Magnus dominus et magna virtus ei⁹ et sapientie eius non est numerus. versus Magnus dominus et lau

dabilis nimis, τ magnitudinis eius non est finis. p. Et sapi. lectio v. Testante apostolo qui ait cõuersi estis ad deum a simulacris seruire deo viuo τ vero expectarẽ filium eius d celis quem suscitauit a mortuis iesum ita quoqz filium verũ deum. iohannes comẽdat apl's dicens. scimus qr filius dei viuit τ dedit nobis intellectũ vt cognoscamus verum deũ, τ scimus in vero filio eius iesu xpo hic est verus deus τ vita eterna. R. Gloria patri genitęqz ꝓli τ tibi compar vtriusqz semp spiritus alme deus vne/oi tempore secli. V. Da gaudioꝝ premia. da gratiaꝝ munera, solue nexis vincula abstringe pacis federa. p. Omni. lc. vi Qui utiqz qm̃ verus est deus etiã veritas est sicut nos ipse docet dicens, ego sum via veritas et vita de spiritu quoqz sancto. iohannes apl's ait quia spiritus est veritas. R. Summe trinitati simplici deo vna diuinitas eq̃lis glia coeterna maiestas patri proliqz scoqz flamini/sibi totum subdis suis orbem legibus. V. Prestet nobis grãz deitas beata patris τ nati pariterqz spirit9 almi. p. Qui totũ Gloria sit do eterno i-

clite regnanti personis trino deitate vnu nũc τ semp. p. Orbē i iiii. n. i Spes nostra sal9 nostra honor nr̃a o beata trinitas. ps. Magnus dominus. an. Te adoramus te veneramur te benedicim9 o beata trinitas. ps. Deus iudicium. antiphona. Te semper idẽ esse viuere et intelligere ꝯfitemur. ps. Voce mea. r. V. Benedictus es domine de9 patruz nroꝝ. R. Et laudabilis τ gloriosus et superexaltatus i scl'a. lc vii. lc. sancti euãgelij scd'm iohãnem. In illo tpr̃e cum subleuasset oculos iesus τ vidisset qz mlti tudo maxima venit ad eum. dic ad philippuz vnde emem9 panes vt manducent hi. et rel. incipit homelia bti ãbrosijẽpi de eade 3 lectione Magna miracula que fecit dominus noster iesus christ9 sunt quidem diuina opa τ ad intelligendum deum de visibilib9 cõmouent humanaz mentez R. Ecce dies veniunt dicit dominus τ suscitabo dauid germen iustum et regnabit rex τ sapiens erit τ faciet iudicium et iusticiam in terra. τ h9 est nomen qd vocabunt euz domin9 iustus noster. V. In diebus illis saluabitur iuda et isrl' habitabit con

fitentur. ℟. Et hec. lectio .viii
Quia eniz ille nō ē talis substā
tie, que uideri oclis possit ⁊ mira
cula eius quibus totuz mnduz
regit vniuersamqꝫ creaturaz ad
ministrat assiduitate viluerit. ℟.
Honor virtus et potestas et impe
rium sit trinitati in vnitate vnitati i
trinitate in pēni sclo℞ tpre. ℣. Tri
nitati lux pēnis vnitati sit decus ho
norqꝫ ppetuus. ℟. In pēni. lc. ix.
Ita vt pene nemo dignetur accen
dere opa dei mira et stupenda in quo
libet seminis grano scdm ipsam suā
misericordiam. seniat sibi quedam
que faceret oportuno tpre. ℟. O
riens splendor lucis eterne et sol iusti
cie veni et illumina sedentem in tene
bris et vmbra mortis. ℣. Trini
tas sancta et indiuidua vnitas inni
clata deitas. ℟. Ueni. Gloria et
honor deo sit consolatori fideliū nunc
sempqꝫ in eterna scla amē. ℟. O
riens. verbera. Splendor christe
dei patris sol ipse iusticie. Uolter
plastor ⁊ redemptor ac largitor ve
nie. Nos letalis mācipatos vincu
lis custodie. Suadente mortis du
ce sub serpentis specie. De supis
nūc dignar clementer respicere. Et
potēter liberar de lacu miserie. Et

umbra. Te deum. ℣. Ueni sce
spiritus reple corda fideliū. ℟. et
tui amoris ignem in nobis accende
alla alla. In laudibus aña. Glo
ria perpes honor tibi sit o trina pote
stas laꝰ iugis et virtus eadē comune
trophenm plonet hec consona cor cō
centus in euum. ps. Dominꝰ reg
aña. Tres docet vna fides plonas
nempe colendas si credis confessa co
le venerant er adora vnum iure deū
pplis qui celica pandit. ps. Iubila
te aña. Gratias tibi deus gras
tibi vera vna vnitas trina et vna ve
ritas sancta et vna vnitas. ps. De
us deus. aña. Te summa deitas
vnaqꝫ poscimꝰ vt culpas abluas no
xia subtrahas des pacē famlis nos
qꝫ ogs gloriam p cuncta tibi scla. ps.
Benedicite. aña. Regi autez
sclo℞ imortali inuisibili soli do honor
et gloria in scla sclo℞. ps. Lauda
te. cap. Benedictō et claritas. hy.
Ueni creator et i fine dicatur glo
ria tibi trinitas. ℣. Ueni scē. ad
benedictus aña. Te gloriosus
aplo℞ chorus te pphetar laudabilis
numerus te martir candidatus lau
dat exercitus te ōs electi voce confi
tent vnanimes bta trinitas vnꝰ deꝰ
tibi laus tibi gloria tibi grar actio

in scl'a sempiterna o bta trinitas. ℟. Benedictus. añ. triūphes. toto Omps sepi nullaz facimus come moratonem nisi de oct. scte katerine si venerint. ad. i. añ. Glia ppes ps Deus in no. cp Regi at ℟. Xpe cū all'a. ℣. Qui trinum in psonis colit vnum pars rationis. p all'a. g. ℟. Xpe. confessio Ego peccator. ℣. Exurge oro In hac hora. ad. iii añ Tes docet. ps Legem. cp. Bndictio et claritas ℟. Verbum pus altissimi. ℣. Miserere redēptis p Altissimi. g ℟. Verbum. ℣. Verbo domini celi. oro. Omps sempi. ad. vi. añ. Gras tibi de ps. Defecit. cp. Altes o altitudo diuitiaꝝ sapientie et scientie dei q̄ inconprehensibilia sunt iudicia eius. ⁊ inuestigables vie ei℥ ℟. Verbo domini celi firmati sūt all'a all'a. ℟. Et spiritu oris ei℥ omnis virtus eoꝝ. p. All'a. g. ℟. Verbo ℣. Benedicim℥ patrez et fi oro. Omps sempi. ad. ix. añ Te summa ditas. ps. Mira. cp Benedictus deus ⁊ pater domini nostri iesu christi pater misericordiaꝝ ⁊ deus totius consolationis qui consolat' nos in omni tribulatōe nr̄a. ℟. Benedicamus patrem et filium cum sancto spū all'a all'a. ℣. Laudemus ⁊ superexaltemus eum scl'a p All'a. g. ℟. Bn̄dicamus. ℣. Benedictus es dn̄e deus patrum nostroꝝ. ℟. Et laudabilis ⁊ gl'iosus ⁊ superexaltatus in secula oro Omips sempi. ad ℣ añ Gloria ptes cū ceteris añis ps Dixit dominus. cum ceteris de feria. cp. Benedictio et cla. All'a. Bn̄dict℥ es super sceptrū diuinitatis tue et laudabilis et gl'iosus in scl'a. All'a hymnus Lucis creator optime. ⁊ dicat' totus et i fine dicat' Gloria tibi trinitas ℣ Benedicamus patrem ad magnificat añ Illi ergo homines cū vidissent q̄ fecerat signū dicebāt q2 hic est vere ꝓpheta qui venturus est in mundum. ps Mag. añ triumphes. oratio. Omips sempi nullā facimus cōm nisi d festiuitatibus que in crastina die venerint celebrande vel de octabis sancte katerine si venerint. ad complm vt supra. sed hymnus dicit'. Celorum pulset intimū. et in fine Gloria tibi trinitas. cetera vt supra.

Finis.

Aaabbccddeeffgghhbb

añ. Pro fidei mentis ps. dd.

Beatus vir q̄ nō abiit in cōsilio impio rum ⁊ in via peccatorum non stetit: ⁊ in cathedra pestilētie non sedit. Sed i lege domini voluntas eius: ⁊ in lege eius mditabit die ac nocte. Et erit tanq̄ li gnuz quod plantatuz est secus decursus aquarū: quod fructū suum dabit in tēpore suo. Et folium eius non defluet: et oīa quecunqz faciet prosperabunt. Non sic impij nō sic: sed tanq̄ puluis quem proijcit ventus a facie terre. Ideo nō resurgūt impij in iudicio: neqz peccato res in consilio iustorum. Qm̄ nouit dn̄s viam iustorū: et iter impiorū peribit. ps dd.

Quare fremuerūt gētes: et populi meditati sunt inania. Astiterūt reges terre et principes cōuenerūt in vnū aduersus dominū: et aduersus christū eius. Dirūpamus vin cula eorū: et proijciamus a no bis iuguz ipsorum. Qui habi tat in celis irridebit eos: et do minus subsanabit eos. Tunc loquet ad eos in ira sua: et in furore suo cōturbabit eos. Ego aūt constitutus sum rex ab eo super syon montem sanctuz eius: predicans preceptū eius. Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula a me et dabo ti bi gentes hereditatem tuam: ⁊ possessionez tuā terminos ter re. Reges eos in virga fer rea: et tanq̄ vas figuli cōfrin ges eos. Et tunc r̄ges intel ligite: erudimini qui iudicatis terram. Seruite domino in timore: ⁊ exultate ei cū tremo re. Apprehendite disciplinaz neq̄n irascatur dn̄s: et perea tis de via iusta. Cum exarse rit i breui ira eius: beati om̄s q̄ confidūt in eo. ps dd.

Dn̄e q̄d multiplicati sunt qui tribulant me: multi insurgūt aduersuz me. Mul ti dicūt anime mee: non est sa lus ipi in deo eius. Tu aūt domine susceptor me⁹ es: glo ria mea et exaltans caput me um. Uoce mea ad dominuz

clamaui: ⁊ exaudiuit me d̄ mō
te sancto suo. Ego dormiui
et soporatus sū: et exurrexi q͛
dn̄s suscepit me. Non timebo
milia populi circundantis me:
exurge dn̄e saluū me fac deus
meus. Quoniam tu percussi
sti om̄es aduersantes mihi sine
causa: dentes peccatorum cō
triuisti. Domini est salus: et
super populū tuum benedictio
tua. psalmus dd̄.

Cum inuocarē exaudiuit
me deus iusticie mē: in
tribulatōe dilatasti mihi. Mi
serere mei: et exaudi orōnem
meā Filij hominū vsquequo
graui corde: vt q̄d diligitis va
nitatē et queritis mendaciū
Et scitote q̄m mirificauit do
minus sanctū suum: dn̄s exau
diet me cum clamauero ad eū
Irascimini et nolite peccare
que dicitis in cordibus vr̄is:
et in cubilibus vr̄is compungi
mini. Sacrificate sacrificiuꝫ
iusticie et sperate in domino:
multi dicunt quis ostēdit nobis
bōa. Signatū est super nos
lumen vultus tui dn̄e: dedisti
leticiā in corde mō. A fructu

frumenti vini et olei sui: multi
plicati sūt In pace in idipsū
dormiam et requiescam Qm̄
tu dn̄e singulariter in spe: con
stituisti me. psalmus dd̄.

Verba mea auribus per
cipe dn̄e: intellige cla
morē meū. Intende voci o
rationis mee: rex meus et de
us meus Qm̄ ad te orabo do
mine: mane exaudies vocem
meam. Mane astabo tibi ⁊
videbo: q̄m nō deus volēs ini
quitatē tu es. Neqꝫ habita
bit iuxta te malign⁹: neqꝫ per
manebunt iniusti ante oculos
tuos. Odisti om̄s q̄ operant̄
iniq̄tatē: perdes om̄s q̄ loquūt̄
mendacium. Virum sangui
num ⁊ dolosum abominabitur
dn̄s: ego aūt in multitudīe mi
sericordie tue. Introibo ī do
muꝫ tuaꝫ: adorabo ad tēplum
sanctū tuū in timore tuo Do
mine deduc me in iusticia tua
propter inimicos meos: dirige
in conspectu tuo viam meaꝫ.
Qm̄ nō est ī ore eorū veritas
cor eorū vanū est. Sepulcrū
patēs ē guttur eorū linguis suis
dolose agebāt: iudica illos de

us. Decidant a cogitatōibus suis scd̄m multitudinem impie tatuȝ eorū expelle eos: quoniā irritauerūt te domine. Et le tentur omnes qui sperāt in te: in eternum exultabunt et habi tabis in eis. Et gloriabunt in te om̄s qui diligūt nomē tuū: qm̄ tu benedices iusto. Domi ne vt scuto bōe volūtatis tue: coronasti nos. psalm⁹ vi.

Domine ne in furore tuo arguas me: neqȝ in ira tua corripias me. Miserere mei domine quoniaȝ infirmus sum: sana me domine quoniaȝ cōturbata sunt omnia ossa mea. Et anima mā turbata ē val de: sed tu domine vsquequo. Cōuertere domie ꝛ eripe ani mā meā: saluū me fac propter misericordiā tuaȝ. Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis con fitebitur tibi. Laboraui i ge mitu meo lauabo per singulas noctes lectum meuȝ: lacrimis meis stratum meum rigabo. Turbatus ē a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. Discedite a me omnes qui operamini iniq tatem: quoniam exaudiuit do minus vocē fletus mei. Exau diuit dn̄s deprecatiōeȝ meam: domin⁹ orationeȝ meam susce pit. Erubescant et conturben tur vehementer omnes inimi ci mei: conuertantur et erubes cāt valde velociter. Pro fidei meritis vocitatur iure beatus legeȝ qui domini meditatur nocte dieqȝ. añ. Iuste deus. ps vii.

Domine deus meus i te speraui: saluuȝ me fac ex omnib⁹ persequētibus me et libera me. Neqñ rapiat vt leo animam meam: dum non est qui redimat neqȝ qui saluū faciat. Domine deus meus si feci istud: si ē iniquitas i ma nibus meis. Si reddidi retri buentib⁹ mihi mala: decidā me rito ab inimicis meis inanis. Persequat inimicus animā meam: comprehendat et con culcet in terra vitam meam ꝛ gloriam meam in puluereȝ de ducat. Exurge domine in ira tua: et exaltare in finibus ini

micorum meorum. Exurge
domine deus meus in precepto
quod mãdasti: et synagoga po
pulorum circundabit te. Et
propter hanc in altum regrede
re; dominus iudicat populos.
Iudica me domine scdz iusti
ciam meam: et scdm innocen
tiam meam super me. Con
sumetur nequicia peccatorum
et diriges iustuz: scrutans cor
da et renes deus. Iustuz ad
iutorium meuz a domino; qui
saluos facit rectos corde De
us iudex iust⁹ fortis et patiẽs:
nunquid irascitur per singulos
dies Nisi cõuersi fueritis, gla
dium suum vibrauit: arcũ suũ
tetendit et parauit illum Et
i eo parauit vasa mortis; sagit
tas suas ardẽtib⁹ effecit. Ec
ce parturit iniusticiam cõcepit
dolorem; et pepit iniquitatem
Lacum apuit et effodit euz:
et incidit ĩ foueam quam fecit
Cõuertetur dolor eius in ca
put eius; et in verticem ipius
iniquitas eius descẽdet. Cõ
fitebor domino scdm iusticiam
eius; et psallam nomini domi
ni altissimi psalm⁹ oð.

Domine domin⁹ noster: q̃
admirabile est nomẽ tu
uz in vniuersa terra. Quoniã
eleuata ẽ magnificẽtia tua sup
celos. Ex ore infãtiũ ⁊ lacẽ
tium perfecisti laudem propter
inimicos tuos: vt destruas ini
micum et vltorem. Quoniã
videbo celos tuos opa digitoꝝ
tuorum: lunam et stellas que
tu fundasti. Quid est homo q
memor es eius: aut filius ho
minis quoniam visitas eum.
Minuisti euz paulominus ab
angelis gloria et honore coro
nasti eum: et constituisti eum
super opera manuum tuaruz.
Omnia subiecisti sub pedibus
ei⁹ oues et boues vniuersas in
super et pecora campi. Volu
cres celi ⁊ pisces maris: q̃ per
ãbulãt semitas maris. Dñe
dñs nr̃: q̃ admirabile ẽ nomẽ
tuũ in vniuersa terra. ps.
Confitebor tibi domine i
toto corde meo: narra
bo omnia mirabilia tua Le
tabor et exultabo in te: psallã
nomini tuo altissime. In cõ
uertendo inimicuz meũ retror
sum: infirmabuntur et peribũt

a facie tua. Quoniam fecisti
iudicium meũ et causaȝ meã:
sedisti super thronũ qui iudicas
iusticiam. Increpasti gentes
et periȷt impius: nomen eorum
delesti in eternum et i seculum
seculi. Inimici defecerũt fra
mee in finem: et ciuitates eo
ruȝ destruxisti: periȷt memoria
eorum cum sonitu: et domin⁹
in eternum permanet. Para
uit in iudicio thronum suuȝ: et
ipse iudicabit orbem terre in e
quitate: iudicabit populos in
iusticia. Et factus est domin⁹
refugium pauperi: adiutor in
oportunitatibus in tribulatiõe.
Et sperent in te qui nouerũt
nomen tuum: quoniaȝ non de
reliquisti querentes te domine.
Psallite domino qui habitat
in syon: annũciate inter gẽtes
studia eius. Quoniam requi
rens sanguinem eorum recorda
tus est: non est oblitus clamo
rem pauperũ. Miserere mei
domine vide humilitateȝ meã
de inimicis meis. Qui exal
tas me ꝺ portis mortis: vt an
nunciẽ om̃s laudationes tuas
in portis filie syon. Exultabo
in salutari tuo: infixe sunt gẽ
tes in interitu queȝ fecerunt.
in laqueo isto quẽ absconderũt:
comprehensus est pes eorum.
Cognoscetur domin⁹ iudicia
faciens: in operibus manuum
tuaruȝ cõprehensus ẽ peccator.
Conuertantur peccatores in
infernum: omnes gentes que
obliuiscũtur deum. Quoniaȝ
non in fineȝ obliuio erit paupe
ris: patientia pauperum non
peribit in finem. Exurge do
mine non confortetur homo: iu
dicent gẽtes in conspectu tuo.
Constitue domine legislatorẽ
super eos: sciant gentes qm̃ ho
mines sunt. Ut quid domie
recessisti lõge: despicis in opor
tunitatib⁹ in tribulatione. Dũ
superbit impius incẽditur pau
per: comprehendunt in cõsiliȷs
quibus cogitant. Quoniam
laudatur peccator in desideriȷs a
nime sue: ⁊ iniquus benedicit.
Exacerbauit dñȝ peccator:
scd̃m multitudiem ire sue nõ q̃
ret. Non est de⁹ in cõspectu e
ius: inq̃nate sunt vie illius in
omni tẽpore. Auferũt iudicia
tua a facie eius: omnium ini

micorũ ſuorum dñabitur. D ixit enim in corde ſuo : non mouebor a generatione in generationez ſine malo. C uius maledictione os plenuz eſt ⁊ amaritudine et dolo: ſub lingua ei⁹ labor et dolor. S edet in inſidijs cuz diuitibus in occultis : vt interficiat innocentem. O culi eius in pauperez reſpiciũt: inſidiat̃ in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua. I nſidiat̃ vt rapiat pauperez: rapere pauperem dum attrahit eum. I n laqueo ſuo humiliabit eũ et inclinabit ſe: et cadet cum dominatus fuerit pauperum . D ixit eniz in corde ſuo oblitus eſt deus : auertit faciem ſuam ne videat in finẽ. E xurge domine de⁹ et exaltet̃ man⁹ tua: ne obliuiſcaris paupeꝝ. P ropter quid irritauit impius deum: dixit eniz in corde ſuo nõ requiret V ides quoniam tu laborem et dolorem conſideras : vt tradas eos in manus tuas. T ibi de derelictus eſt pauper: orphano tu eris adiutor . C ontere brachiũ peccatoris ⁊ maligni: queretur peccatuz illius et nõ inuenietur. D ominus regnabit in eternuz et in ſeculum ſeculi: peribitis gentes de terra illius . D eſiderium pauperũ exaudiuit domin⁹ : preparationem cordis eorum audiuit auris tua. I udicare pupillo ⁊ humili : vt non apponat vltra magnificare ſe homo ſuper terram.

pſalmus .x.

I n domino confido quomodo dicitis aĩe mee: tranſmigra in mõtez ſicut paſſer. Q uoniaz ecce peccatores intenderunt arcuz: parauerũt ſagittas ſuas in pharetra : vt ſagittent in obſcuro rectos corde. Q uoniam quem perfeciſti deſtruxerunt : iuſtus autem qđ fecit. D ominus i templo ſancto ſuo: dñs in celo ſedes eius O culi eius in pauꝑem reſpiciunt : palpebre eius ĩterrogãt filios hominum. D ominus iterrogat iuſtum et impiuz: qui autez diligit iniquitatem odit aĩam ſuam. P luet ſuper peccatores laqueos ignis ſulfur ⁊ ſpiritus procellarum: pars calicis eorum. Q uoniam iuſtus

dominus et iusticias dilexit: e
quitatem vidit vultus eius.
Iuste deus iudex fortis patiensqz
benigne in te sperantes muni mise
rando fideles añ Surge ps.
Saluum me fac dñe quo
niã defecit sanctus: quo
niam diminute sunt veritates
a filijs hominuz. Uana locu
ti sunt vnusquisqz ad pximum
suuz: labia dolosa i corde ⁊ cor
de locuti sunt. Disperdat do
minus vniuersa labia dolosa:
et linguaz magniloqm. Qui
dixerunt linguaz nostram ma
gnificabim⁹: labia nostra a no
bis sunt quis noster dominus ē
Propter miseriaz inopum et
gemituz paupuz: nunc exurgã
dicit dominus. Ponam in sa
lutari tuo: fiducialiter agaz in
eo. Eloqa dñi eloqa casta: ar
gẽtum igne examinatũ proba
tũ tre purgatũ septuplũ. Tu
domine seruabis nos: et custo
dies a generatione hac in eter
nuz. In circuitu impij ambu
lant: scđm altitudinẽ tuaz mul
tiplicasti filios hoĩuz. ps dd.
Usquequo domine obliuis
ceris me in finem: vsqz
quo auertis faciem tuaz a me
Quãdiu ponam consilia in a
nima mea dolorem: in corde
meo per diẽ. Usquequo exal
tabit inimicus me⁹ super me:
respice et exaudi me dñe deus
meus. Illumina oculos me
os neunqz obdormiam in mor
te: nequando dicat inimicus
meus preualui aduersus eum
Qui tribulant me exultabũt
si motus fuero: ego autem in
misericordia tua speraui. Exul
tabit cor meũ in salutari tuo:
cantabo dño qui bona tribuit
mihi: et psallam nomini domi
ni altissimi psalm dd.

Dixit insipiẽs i corde suo:
nõ ē de⁹. Corrupti sũt
⁊ abominabiles facti sũt i stu
dijs suis: nõ est q̃ faciat bonuz
non est vsqz ad vnuz. Sepul
crum patens est guttur eorũ lin
guis suis dolose agebãt: vene
num aspidum sub labijs eoruz
Quorum os maledictione et
amaritudine plenum est: velo
ces pedes eorũ ad effundendũ
sanguinem. Contritio et in
felicitas in vijs eorum et viaz

pacis non cognouerūt: non est timor dei ante oculos eorum. Nōne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebem meā sicut escā panis. Dominum non inuocauerunt illic trepidauerunt timore: vbi nō erat timor. Quoniam dominus in generatione iusta est consilium inopis confudisti: quoniā dominus spes eius est. Quis dabit ex syon salutare israel: cum auerterit dominus captiuitatem plebis tue: exultabit iacob et letabitur israel.

psalmus dauid.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo. Qui ingreditur sine macula: et operatur iusticiam. Qui loquitur veritatem in corde suo: qui egit dolum in lingua sua. Nec fecit proximo suo malū: et opprobrium non accepit aduersus proximos suos. Ad nihilū deductus est in conspectu eius malignus: timētes autem dominum glorificat. Qui iurat proximo suo et non decipit qui pecuniam suam non dedit ad vsuram: et munera super innocentem non accepit. Qui facit hec: non mouebitur in eternum. an. Surge et in eternū serua nos numine sacro; custodiq; tuos alta potens famulos. an. Memor fui nocte nominis tui. an. Natus genitor. Seculorum amen.

psalmus dauid.

Conserua me domine quoniā speraui in te: dixi dn̄o deus meus es tu quoniā bonorum meorū non eges. Sanctis qui sunt in terra eius: mirificauit om̄s voluntates meas in eis. Multiplicate sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt. Non congregabo cōuenticula eorū de sanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea. Dn̄s pars hereditatis mee et calicis mei: tu es qui restitues hereditatem mihi. Funes ceciderunt mihi in preclaris: etenim hereditas mea preclara ē mihi. Benedicā dn̄m q̄ tribuit mihi intellectū: insuper et vsq; ad noctem increpuerunt me renes mei. Prouidebam dominū in conspectu meo semper: quō

a dextris ē mihi ne cōmouear Propter hoc letatum est cor meū et exultauit lingua mā: insuper et caro mea reqescet i spe. Quoniam non delinqs a nimam meam in inferno: nec dabis sanctum tuū videre cor ruptionem. Notas mihi feci sti vias vite adimplebis me le ticia cuz vultu tuo; delectatio nes in dextera tua vsqz in finē añ. Nature gēitor cōserua mor te redemptor: facqz tuo dignos ser uitio famulos. añ. Pectora no stra. Seculorū amē. ps 16.

Exaudi domine iusticiam meam; intēde depreca tionem meam. Auribus per cipe orationem meam; non in labijs dolosis. De vultu tuo iudicium meum prodeat; oculi tui videāt eqtates. Probasti cor meū et visitasti nocte igne me examinasti; et nō est inuē ta in me iniquitas. Ut non loquat os meū opera hominū: ppter vba labiorū tuorū ego cu stodiui vias duras. Perfice gressus meos in semitis tuis: vt nō moueātur vestigia mea Ego clamaui quoniam exau disti me de9: inclina aurē tuā mihi et exaudi vba mā Miri fica mias tuas; q saluos facis sperātes in te. A resistētibus dextere tue custodi m̄: vt pupil lam oculi. Sub vmbra ala rum tuarum protege me: a fa cie impiorū qui me affixerūt Inimici mei animam meā circūdederū: adipem suum cō cluserūt; os eorum locutū est superbiaz. Proijcientes me nec circūdederunt me: oculos suos statuerunt dclinare in ter raz Susceperūt me sicut leo paratus ad predaz: et sicut ca tulus leonis habitans in abdi tis. Exurge dn̄e preueni eū et supplāta eū eripe aiam meā ab impio; frameam tuam ab inimicis manus tue. Domi ne a paucis de tra diuide eos in vita eorum; de absconditis tuis adimpletus est vēter eoz. Saturati sunt filijs: et dimi serūt reliquias suas paruulis. Ego autem in iusticia appa rebo conspectui tuo: sacrabor cum apparuit gloria tua. añ. Pectora nostra tibi tu conditor orbis adure igne propurgans atqz

cremando probans. añ. Tu popu lum psalmus ·

Diligā te domine fortitu
do mea : domin⁹ firma
mentū meū ⁊ refugium meū
et liberator meus. Deus me
us adiutor meus : et sperabo i
eum. Protector meus ⁊ cor
nu salutis mee : et susceptor me
us. Laudās inuocabo dñm :
et ab inimicis meis salu⁹ ero.
Circundederunt me dolores
mortis : et torrentes iniq̄tatis
conturbauerūt me. Dolores
inferni circūdederūt me : preoc
cupauerunt me laquei mortis
In tribulatione mea inuoca
ui dominum : et ad deum meū
clamaui : et exaudiuit de tem
plo sancto suo vocem meam :
et clamor meus in conspectu e
ius introiuit i aures ei⁹. Cō
mota est cōtremuit terra et fun
damenta montiū conturbata
sunt : et cōmota sunt quoniam
iratus est eis. Ascendit fum⁹
in ira eius : et ignis a facie ei⁹
exarsit carbones succensi sunt
ab eo. Inclinauit celos et
ascēdit : et caligo sub pedibus
eius Et ascendit super cheru
bin et volauit : volauit sup pen
nas ventorum. Et posuit te
nebras latibulum suum in cir
cuitu eius tabernaculū eius :
tenebrosa aq̄ in nubibus aeris
Prefulgore in conspectu eius
nubes transierunt : grando et
carbones ignis. Et intonuit
de celo dominus et altissim⁹ de
dit vocem suā : grando et car
bones ignis. Et misit sagit
tas suas et dissipauit eos : ful
gura multiplicauit et cōturba
uit eos. Et apparuerunt fon
tes aquarū : et reuelata sunt
fundamenta orbis terrarum.
Ab increpatiōe tua domine :
ab inspiratione spiritus ire tue
Misit d̄ summo ⁊ accepit me :
et assumpsit me de aquis mul
tis Eripuit me de inimicis
m̄is fortissimis ⁊ ab hijs qui o
derunt me : quoniam conforta
ti sunt super me Preuenerūt
me in die afflictionis mee : et
factus est domin⁹ protector me
us Et eduxit me i latitudiē :
saluū me fecit qm̄ voluit me.
Et retribuet mihi dñs scd̄m
iusticiā meā : ⁊ scd̄m puritatē
manuū meaꝝ retribuet mihi.

Qnia custodiui vias domini:
nec ipie gessi a deo meo. Qm̄
omia iudicia eius in conspectu
m̄o: et iusticias eius non repu
li a me. Et ero imaculatus
cū eo: et obseruabo me ab ini
q̀tate m̄a. Et retribuet mihi
dn̄s scd̄m iusticiam meam: et
scd̄m puritatem manuum me
arum in conspectu oculorum e
ius. Cum sancto sanctus e
ris et cum viro innocente inno
cens eris. Et cum electo ele
ctus eris: et cum peruerso per
uerteris. Qm̄ tu populuz hu
milem saluū facies: et oculos
superborū humiliabis Qm̄ tu
illuminas *lucernam meam* do
mine: *deus meus illumina te*
nebras meas Qm̄ *in te eripi*
ar a temptatiōe: et in deo meo
transgrediar muruz. Deus
meus ipolluta via eius eloq̄a
domini igne examinata: prote
ctor est omnium sperantiuz in
se. Quoniam quis deus pre
ter dominū: aut quis deus pre
ter deum vestrum. Deus q̇
precinxit me virtute: et posuit
imaculataz viam meā. Qui
perfecit pedes meos tanq̄ cer

uoruz: et super excelsa statues
me. Qui docet manus meas
ad preliuz: et posuisti ut arcum
ereum brachia mea. Et dedi
sti mihi protectionē salutis tue:
⁊ dextera tua suscepit me Et
disciplina tua correxit me in fi
nem: et disciplina tua ipa me
docebit Dilatasti gressus me
os subtus me: et non sunt infir
mata vestigia mea. Perseq̄r
inimicos meos et cōprehendā
illos: et non conuertar donec
deficiant. Confringaz illos
nec poterunt stare: cadent sub
tus pedes meos. Et precinxi
sti me virtute ad bellum: et
supplantasti insurgētes in me
subt⁹ me. Et inimicos meos
dedisti mihi dorsuz: et odiētes
m̄ disperdidisti. Clamauerūt
nec erat qui saluos faceret ad
dominum: nec exaudiuit eos
Et cōminuam eos vt pulue
rem ante faciem venti: vt lu
tuz platearū delebo eos. Eri
pies me de contradictionibus
populi: constitues me caput gē
tium. Populus quem non co
gnoui seruiuit mihi: in auditu
auris obediuit mihi. Filij ali

eni mentiti sunt mihi: filij alie ni inueterati sunt et claudicaue rūt a semitis suis. Uiuit dn̄s et benedictus deus meus; et exaltet deus salutis m̄e. De us q̄ das vindictas mihi et sub dis populos sub me; et libera tor meus de inimicis meis ira cundis. Et ab insurgētibus in me exaltabis me; a viro ini quo eripies me. Propterea confitebor tibi in natiōibus do mine; et nomini tuo psalmum dicaz. Magnificans salutes regis eius et faciēs misericor diam christo suo dd; et semini eius vsqz i seculum. añ. Tu populum humilem saluasti ab hoste redēptor atqz superba tuo colla pre mis iaculo. V. Media nocte su aň. Sponsus. psalmus dd.

Celi enarrant gloriā dei; et opera manuuz ei9 an nunciat firmamentum. Di es diei eructat verbum: et nox nocti indicat scientiam. Non sunt loq̄le neqz sermones; quo rum non audiant voces eoruz In omnē terram exiuit son9 eorum; et in fines orbis terre verba eorum. In sole posuit tabernaculuz suū; et ip̄e tanq̄ sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit vt gigas ad currendam viam a summo celo egressio ei9. Et occursus eius vsqz ad summum eius; nec est qui se abscondat a calore eius

ex domini imaculata cōuer tens aīas; testimoniū domini fidele sapientiaz p̄stans paruu lis. Iusticie domini recte leti ficantes corda; preceptum do mini lucidum illuminans ocu los. Timor domini sanctus permanet in seculum seculi: iu sticia domini vere iustificata i semet ip̄a. Desiderabilia sup aurū et lapidē p̄ciosum multū; et dulciora super mel et fauū. Et enim seruus tuus custodit ea; in custodiendis illis retribu tio multa. Delicta q̄s intelli git ab occultis m̄is mūda me; et ab alienis parce seruo tuo. Si mei non fuerūt dn̄ati tūc immaculatus ero; et emunda bor a delicto maximo. Et e runt vt complaceant eloquia o ris m̄i; et m̄ditatio cordis m̄i in conspectu tuo semper. Do min9 adiutor me9; et redēptor

meus. añ. Sponsus de thalamo processit christus in orbem descendens celo iure salutifero. añ. Auxilium. psalmus dd.

Exaudiat te dominus in die tribulationis: protegat te nomen dei iacob. Mittat tibi auxilium de sancto: et de syon tueatur te. Memor sit omnis sacrificij tui et olocaustum tuum pingue fiat. Tribuat tibi scd̃m cor tuũ: et om̃e cõsilium tuum confirmet. Letabimur in salutari tuo: et in nomine dei nostri magnificabimur. Impleat dominus om̃s petitiones tuas: nunc cognoui quoniam saluuz fecit dominus christum suum. Exaudiet illũ de celo sancto suo: in potentatibus salus dextere eius. Hij in curribus et hij in equis: nos autẽ in nomine domini dei nostri inuocabimus. Ipsi obligati sunt et ceciderunt: nos autẽ surreximus et erecti sum⁹. Domine saluũ fac regez: et exaudi nos i die q̃ inuocauerim⁹ te. añ. Auxilium nobis saluator mitte salutis: et tribuat vitam tẽpore perpetuã. añ. Rex sine. ps dd.

Domine in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuum exultabit vehemẽter. Desiderium cordis eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronaz de lapide precioso. Vitam petijt a te et tribuisti ei: longitudinem dierum in seculum et in seculuz seculi. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriã et magnum decorem impones super eum. Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi: letificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Quoniam rex sperat in domino: et in misericordia altissimi non cõmouebitur. Inueniatur manus tua omnib⁹ inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes q̇ te oderunt. Pones eos vt clibanum ignis in tempore vult⁹ tui: domin⁹ in ira sua cõturbabit eos: et deuorabit eos ignis. Fructum eorum d̃ terra perdes: et semen eoꝝ a filijs hoim

Quoniā declinauerunt in te mala : cogitauerunt consilia q̄ non potuerunt stabilire. Quō pones eos dorsum: in reliquijs tuis preparabis vultū eorum. Exaltare dn̄e in virtute tua: cantabimꝰ ꝛ psallemꝰ virtutes tuas. an. Rex sine fine manēs miseris tu parce ruinis premia cōcedēs et tua cūcta regēs. ℣. Exaltare domie i virtute tua. ps. Deum.

Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti : longe a salute mea verba delictorū meoꝝ. Deus meus clamabo per diē et nō exaudies : et nocte non ad insipientiam mihi. Tu aūt in sancto habitas laus isrl̄ certe sperauerunt patres nr̄i: sperauerūt et liberasti eos. Ad te clamauerunt et salui facti sunt: in te sperauerūt et nō sunt confusi. Ego autē suꝫ vmis et nō homo: opprobriuꝫ hominū et abiectō plebis. Omnes videntes me deriserunt me ; locuti sunt labiis et mouerūt caput. Sperauit in domino eripiat eū: saluū faciat eū qm̄ vult euꝫ. Qm̄ tu es q̄ extraxisti me d̄ vētre spes mā ab vberibus matris mee: in te proiectꝰ suꝫ ex vtero. De ventre matris mee deus meus es tu: ne discesseris a me. Qm̄ tribulatio proxima est : quoniā non est qui adiuuet. Circumdederunt me vituli multi : tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum : sicut leo rapiens et rugiens. Sicut aqua effusus suꝫ: et dispersa sunt oīa ossa mea. Factum est cor meum tanq̄ cera liquescens in mēdio vētris mei. Aruit tanq̄ testa virtus mea et lingua mea adhesit faucibꝰ meis ; et in puluerem mortis deduxisti me. Quoniam circūdederunt me canes multi: consilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas et pedes m̄os: dinumerauerūt oīa ossa mea. Ipi vero considerauerunt ꝛ inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimēta mea: et super vestem meā miserunt sortem. Tu autēꝫ domine ne elongaueris auxilium tuum ; ad defensionēꝫ meā cōspice. Erue a framea deus animā

meam; et de manu canis vnicā meā Salua m̄ ex ore leonis: et a cornibus vnicornium hūili tatem meā. Narrabo nomen tuum fratribus meis; in medio ecclesie laudabo te. Qui time tis dominum laudate eum: vni uersuz semen iacob glorificate eum. Timeat eum om̄e semē israel: quoniā non spreuit neqz despexit depcationem pauperis Nec auertit faciez suā a me: et cum clamarem ad euz exau diuit me. Apud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentiuz eum Edent pauperes et satu rabunt: et laudabunt dominuz qui requirunt eum viuent corda eorum in sclm scli. Reminiscē tur et cōuertentur ad dn̄m: vni uersi fines terre Et adorabūt in cōspectu eius: vniuerse fami lie gentium. Quoniam dn̄i est regnum: et ipe dominabit gen tium. Manducauerūt et ado rauerūt omnes pingues terre: in conspectu eius cadēt omnes qui descendūt in terram Et a nima mea illic viuet: et semen meum seruiet ipi. Annuncia bitur dn̄o generatio ventura ꝛ annūciabunt celi iusticiā eius: populo qui nascet quem fecit do minus.

psalmus dauid

Dominus regit me ꝛ nihil mihi deerit: i loco pascue ibi me collocauit Super aqm refectionis educauit me: aiam meam cōuertit. Deduxit me super semitas iusticie: ꝑpter no men suum. Nam et si ambula uero in m̄dio vmbre mortis: nō timebo mala qm̄ tu mecum es Virga tua et baculus tu⁹: ipa me ꝯsolata sūt Parasti i cōspe ctu meo mensam: aduersus eos qui tribulant me Impingasti in oleo caput meū: et calix me⁹ inebrians q̄ preclarus est Et mia tua subseqtur me: omnib⁹ diebus vite mee. Et vt inha bitem in domo dn̄i: in longitu dine dieruz.

psalmus dauid.

Domini est terra ꝛ plenitu do eius: orbis terraruz ꝛ vniuersi q̄ habitāt in eo Quia ipe super maria fundauit euz: et super flumina ꝑparauit eum Quis ascendet in montē dn̄i: aut q̄s stabit in loco sancto eius Innocens manibus et mūdo

corde qui non accepit in vano a
nimaȝ suam : nec iurauit in do
lo ꝓximo suo. Hic accipiet be
nedictionem a domio : et miam
a deo salutari suo. Hec est ge
neratio querentiũ euȝ : q̃rentiũ
facieȝ dei iacob. Attollite por
tas ꝑncipes vr̃as et eleuamini
porte eternales : et itroibit rex
glorie. Quis ē iste rex glorie :
dñs fortis ⁊ potens dñs potēs i
ꝑlio. Attollite portas ꝑncipes
vr̃as et eleuamini porte eterna
les : et introibit rex gl'ie. Quis
ē iste rex gl'ie : dñs v̓tutũ ipe est
rex gl'ie. psalmus dauid.

Ad te domine leuaui aiaȝ
meam : deus meus in te
confido non erubescam. Neq;
irrideant me inimici mei : eteni
vniuersi qui sustinent te non cō
fundent. Confundant omēs
iniq̃ agentes : supuacue. Uias
tuas domine demonstra mihi : ⁊
semitas tuas edoce me. Diri
ge me in veritate tua edoce m̃ :
quia tu es deus saluator meus
et te sustinui tota die. Remi
niscere miserationũ tuarũ dñe :
et misericordiaruȝ tuarum que
a seculo sunt. Delicta iuuētu
tis mee : et ignorantias meas
ne memineris. Scdm̃ miseri
cordiam tuã memento mei tu
propter bonitatem tuam dñe.
Dulcis et rectus dñs : propter
hoc legem dabit delinquentibus
in via. Diriget mansuetos in
iudicio : docebit mites vias suas
Uniuerse vie dñi misericordia
et veritas : requirentibus testa
mentum eius et testimonia eꝰ.
Propter nomen tuuȝ domine
propiciaberis peccato m̃o : mul
tum est enim. Quis est homo
qui timet dominum : legem sta
tuit ei in via quam elegit. A
nima eius in bōis demorabit :
et semen eius hereditabit terrã
Firmamentuȝ est dominus ti
mentibus eum : et testamentuȝ
ipius vt manifestetur illis. O
culi mei semper ad dominum :
quoniã ipe euellet de laqueo pe
des meos. Respice in me ⁊ mi
serere mei : quia vnicus et pau
per sum ego. Tribulationes
cordis mei multiplicate sunt : d̓
necessitatibꝰ meis erue me. Ui
de humilitatem meã et laboreȝ
meũ : et dimitte vniuersa d̓licta
m̃a. Respice inimicos meos
quoniam multiplicati sunt : et
odio iniquo oderunt me. Custo

di animam meam et erue me: non erubescã quoniã speraui in te. Innocentes et recti adhe serunt mihi: q̃a sustinui te. Libera deus israel: ex omnibus tribulationibus suis. ps.

Iudica me domĩe quoniã ego innocẽtia m̃a ingressus sum: et in domino sperans non infirmabor Proba me domine et tempta me: vre renes meos et cor meũ Quoniã misericordia tua ante oculos m̃os est: et complacui in veritate tua Non sedi cum consilio vanitatis: et cum iniqua gerentibus non introibo. Odiui ecclesiaꝫ malignantium: et cum impijs non sedebo. Lauabo inter innocentes manus meas: et circũdabo altare tuum domine Ut audiam vocem laudis: et enarrẽ vniuersa mirabilia tua Domine dilexi decorẽ domus tue: et locuꝫ habitationis glorie tue Ne perdas cum impijs deus animam meam: et cum viris sanguinum vitam meaꝫ. In quoꝝ mãibus iniquitates sunt: dextera coruꝫ repleta est muneribus. Ego aũt in innocentia mea ingressus sum: redime me et miserere mei. Pes me⁹ stetit in directo: in ecclesijs benedicaꝫ te dñe. Feria .ii. inuita. Uenite exultem⁹ dñio. p̃ I p̃m an. Domin⁹. euouae. ps dc.

Domin⁹ illuminatio mea: et salus mea quẽ timebo. Dñs ꝓtector vite m̃e a quo trepidabo. Dum appropriant super me nocentes: vt edant carnes meas Qui tribulant m̃ inimici m̃i: ipi infirmati sunt et ceciderunt. Si cõsistãt aduersum me castra: non timebit cor meũ Si exurgat aduersuꝫ me p̃liũ: in hoc ego sperabo Unaꝫ petij a dño hãc reqraꝫ: vt inhitem in domo dñi omnib⁹ dieb⁹ vite mee. Ut videã voluntatẽ domini: vt visitẽ tẽpluꝫ ei⁹. Qm̃ abscondit m̃ in tabernaclo suo in die maloꝝ: ꝓtexit me in abscõdito tabernacli sui. In petra exaltauit me: et nũc exaltauit caput meũ sup ĩimicos m̃os Circuiui ⁊ imolaui i tabernaclo ei⁹: hostiã vociferatõis cãtabo ⁊ psalmũ dicã dño Exaudi dñe voceꝫ meã q̃ clamaui ad te: miserere m̃i ⁊ exaudi me

Tibi dixi cor meum exquisiuit
te facies mea: faciem tuam do
mine reqram. Ne auertas fa
ciem tuam a me: ne declines in
ira a seruo tuo. Adiutor meus
esto ne derelinquas me: neque des
picias me deus salutaris meus
Quoniam pater meus et ma
ter mea dereliquerũt me: dñs
aũt assumpsit me. Legem po
ne mihi domine in via tua: et
dirige m̃ in semita recta propter
inimicos meos. Ne tradideris
me in aĩas tribulantium me:
qm̃ insurrexerũt in m̃ testes ini
qui et mẽtita est iniquitas sibi
Credo videre bõa domini: in
terra viuẽtium. Expecta dñm
viriliter age et confortetur cor tu
um: et sustine dñm ps xx.

Ad te dñe clamabo deus me
us ne sileas a me: neq̃ño
taceas a m̃ et assimilabor descẽ
dentibus in lacũ. Exaudi dñe
vocẽ dep̃catõnis me: dũ oro ad
te dũ extollo manus meas ad tẽ
plũ sanctũ tuũ. Ne simul tra
das me cũ peccatoribus: et cũ o
perantibus iniq̃tatẽ ne perdas me.
Qui loquunt pacẽ cum proximo
suo: mala aũt in cordibus eorum.

Da illis scd̃m opera eorũ: et
scd̃m neq̃ciam adinuẽtionũ ipso
rum. Scd̃m opera manuũ eo
rum tribue illis: redde retribu
tionẽ eorum ipsis. Quoniã nõ in
tellexerunt opa dñi: et in opera
manuũ eorum destrues illos: et nõ
edificabis eos. Benedictus do
minus: qm̃ exaudiuit vocẽ dep̃ca
tionis mee. Dominus adiutor
meus et protector meus: et in
ipso sperauit cor meũ et adiutus
sum. Et refloruit caro mea:
et ex voluntate mea confitebor
ei. Dñs fortitudo plebis sue:
et protector saluationũ christi sui
est. Saluum fac populum tuũ
dñe: et benedic hereditati tue:
et rege eos et extolle illos vsque
in eternum. ii. Dominus defen
sor vite mee. iii. Adorate domi
num. euouae psalmus xx

Afferte dño filij dei: affer
te dño filios arietũ. Af
ferte dño gl'iam et honorẽ affer
te dño gl'iam nomini eius: adora
te dominum in atrio sancto eius.
Vox dñi sup aq̃s deus maiesta
tis intonuit: deus sup aq̃s multas
Vox dñi in virtute: vox dñi in
magnificẽtia. Vox dñi cõfrin

gentis cedros: et confringet do
minꝰ cedros libani. Et cõmi
nuet eos tanq̄ vitulum libani:
et dilectus queadmodũ filius v
nicornium. Vox domini inter
cedentis flãmam ignis: vox do
mini concutientis desertum: et
cõmouebit dominus desertũ ca
des. Vox domini ꝑparantis
ceruos ꝛ reuelabit condensa: ꝛ
in templo eius om̄s dicent glo
riam. Dominꝰ diluuium inhabita
re facit: et sedebit dominꝰ rex i
eternum. Dominus v̄tutẽ po
pulo suo dabit: dñs bñdicet po
pulo suo in pace. psalmus dd̄

Exaltabo te domīe qm̄ sus
cepisti me: nec delectasti
inimicos meos super me. Do
mīe deus meus clamaui ad te:
et saluasti me. Domine eduxi
sti ab inferno animã meã: salua
sti me a descendentibꝰ in lacuz.
Psallite domino sancti eius:
et cõfitemini memorie sanctita
tis eius. Quoniam ira in indi
gnatione eius: et vita in volun
tate eius. Ad vesperũ demo
rabitur fletus: et ad matutinũ
leticia. Ego aũt dixi in abun
dantia mea: non mouebor in e
ternum. Domine in voluntate
tua prestitisti: decori meo virtu
tem. Auertisti faciem tuam a
me: et factus sum conturbatus.
Ad te domine clamabo: ꝛ ad
deum meũ deprecabor. Que vti
litas in sanguine meo: dum des
cendo in corruptionẽ. Nunq̇d
confitebit᷑ tibi puluis: aut annũ
ciabit veritatez tuã. Audiuit
dominꝰ ꝛ misertus est mei: dñs
factus est adiutor meus. Con
uertisti planctũ meũ in gaudiũ
mihi: concidisti saccũ meũ, ꝛ cir
cũdedisti me leticia. Vt cãtet
tibi gloria mea et non compun
gat: domine deus meus in eter
num confitebor tibi. añ. Ado
rate dominum in aula sancta eius.
añ. In tua. psalmus dd̄

In te domīe speraui non cõ
fundar in eternum: in iu
sticia tua libera me. Inclina
ad me aurez tuam: accelera vt
eruas me. Esto mihi in deum
protectorem: et in domum refu
gij vt saluuz me facias. Qm̄
fortitudo mĩa et refugiũ meũ es
tu: et ꝓpter nomẽ tuũ deduces
me et enutries me. Educes
m̄ ꝺ laq̄o quẽ abscõderũt mihi:

qm̄ tu es protector meus. I n
man⁹ tuas comẽdo spiritū meū:
redemisti me dn̄e de⁹ veritatis.
O disti obseruātes vanitates:
supuacue. E go aūt in domi⁹
speraui: exultabor et letabor in
mia tua. Q uoniam respexisti
hūilitatē meā: saluasti ꝺ neces
sitatib⁹ animā meā. N ec con
clusisti m̄ in manibus inimici:
statuisti i loco spacioso pedes meos
M iserere mei dn̄e quoniaȝ tri
bulor conturbat⁹ est in ira ocul⁹
meus: aīa mea et venter me⁹.
Q uoniam defecit in dolore vi
ta mea: et anni mei in gemiti
bus. I nfirmata est in pauper
tate virtus mea; et ossa mea cō
turbata sunt. S uper oīs ini
micos meos fact⁹ suȝ: opprobriū
vicinis meis: valde et timor no
tis meis. Q ui videbāt me fo
ras fugerūt a me: obliuioni da
tus suȝ tanq̄ mortuus a corde.
F actus sum tanq̄ vas perdi
tum: quoniam audiui vitupera
tionem multorū cōmorantiū in
circuitu. I n eo dum conueni
rent simul aduersuȝ me: accipe
aīam meā cōsiliati sunt. E go
aūt in te spaui dn̄e dixi de⁹ me⁹
es tu: in manib⁹ tuis sortes mee.
E ripe me de manu inimicorū
meorū: et a persequentib⁹ me. I l
lustra faciē tuā sup seruū tuum
saluū me fac i mia tua domie:
non confundar qm̄ inuocaui te.
E rubescant impij ⁊ deducant
in infernū: muta fiant labia do
losa. Q ue loquūtur aduersus
iustū iniq̄tatem: in supbia et in
abusione. Q uā magna multi
tudo dulcedinis tue dn̄e: quam
abscondisti timentibus te. P er
fecisti eis q̄ spant in te: in cōspe
ctu filioꝝ hominū. A bscondes
eos i abscōdito faciei tue: ⁊ acō
turbatione hominū. P roteges
eos in tabernaculo tuo: a cōtra
dictione linguaꝝ. B enedictus
domin⁹: qm̄ mirificauit miaȝ su
aȝ mihi: in ciuitate munita. E
go aūt dixi i excessu mētis me:
piect⁹ sum a facie oculoꝝ tuorū
I deo exaudisti vocem orōnis
me: dum clamarē ad te. D ili
gite dominū oīs sancti eius:
qm̄ veritatē req̄ret domin⁹ et re
tribuet abūdanter facientib⁹ su
perbiā. V iriliter agite et con
fortet cor vestrū: oēs q̄ speratis
in domi⁹. psalmus dauid

Beati quoꝝ remisse sunt ini
q̄tates : ꝛ quorum tecta
sunt peccata. Beatus vir cui
nō imputauit domin⁹ peccatuz:
nec est in spiritu ei⁹ dolus Qm̄
tacui inueterauerunt ossa mea:
dum clamarem tota die Qm̄
die ac nocte grauata est sup m̄
man⁹ tua cōuersus suz in erūna
mea: duz configitur spina De
lictum meum cognitum tibi fe
ci: et iniusticiā meaz non abscō
di. Dixi confitebor aduersum
me iniusticiam meam domino:
ꝛ tu remisisti iniquitatez pecca
ti mei . Pro hac orabit ad te
omnis sanctus : i tempore opor
tuno Ueruntamen in diluuio
aquarum multarum: ad euz nō
approximabūt. Tu es refugiū
meum a tribulatione que circū
dedit me; exultatio mēa erue m̄
a circundantibus me. Intel
lectum tibi dabo ꝛ instruaz te:
in via hac qua gradieris firma
bo super te oculos meos. No
lite fieri sicut equus ꝛ mulus :
quib⁹ non est intellectus. In
chamo et freno maxillas eoruz
constringe: qui non approximāt
ad te. Multa flagella peccato
ris: sperantes autem in domino
misericordia circundabit. Le
tamini in dn̄o et exultate iusti:
ꝛ gloriamini omēs recti corde
an̄. In tua iusticia libera me do
mine. an̄ Rectos decet.

psalmus dauid.

Exultate iusti i domino: re
ctos decet collaudatio.
Confitemini domino in cytha
ra: in psalterio decem cordaruz
psallite illi. Cantate ei canti
cum nouum: bene psallite ei in
vociferatione. Quia rectuz est
verbum domini : et omnia ope
ra eius in fide. Diligit miseri
cordiam ꝛ iudicium : misericor
dia domini plena ē terra Uer
bum domini celi firmati sunt :
et spiritu oris eius omnis vtus
eorum. Congregans sicut in
vtre aquas maris : ponens in
thesauris abyssos. Timeat do
minum omnis terra : ab eo au
tem commoueantur omnes ha
bitantes orbem. Quoniā ipse
dixit et facta sunt: ipse manda
uit et creata sunt. Dominus
dissipat cōsilia gētiū reprobat aūt
cogitatōes populorū: et reprobat
cōsilia principum. Consilium

aūt domini in eternū manet:
cogitationes cordis eius in ge
neratione et generationē. B e
ata gens cuius est dñs deus e
ius: populus quē elegit in here
ditatem sibi. D e celo respexit
domin⁹: vidit omēs filios homi
nū. D e pcatio habitaculo suo:
respexit sup omnes qui habitāt
terram. Q ui finxit sigillatim
corda eoꝝ: qui intelligit omnia
opera eorum. N on saluat' rex
per multā ꝟtutē: et gigas non
saluabit' in multitudie virtutis
sue F allax equus ad salutē: i
abundantia aūt ꝟtutis sue non
saluabit' E cce oculi dñi super
metuētes eū: et in eis q̄ sperāt
sup mīa eius V t eruat a mor
te aias eoꝝ: et alat eos in fame
A nima nr̄a sustinet dñm: qm̄
adiutor et ptector nr̄ est Q uia
in eo letabit' cor nr̄m: ⁊ in noīe
sancto ei⁹ spabim⁹. F iat mia
tua dñe sup nos: queadmoduꝫ
spauim⁹ in te. psalmus 33.
B enedicā dñꝫ i oi tēpore:
semp la⁹ ei⁹ in ore meo.
I n dño laudabit' aīa mea:
audiāt māsueti et letent'. M a
gnificate dñm mecū: et exalte
mus nomē eius in idipm. E x
quisiui dominum et exaudiuit
me: et ex omnibus tribulati
onibus meis eripuit me. A c
cedite ad eū et illūinamini: ⁊ fa
cies nr̄e nō cōfūdēt'. I ste pau
per clamauit ⁊ dñs exaudiuit eū
et ex omnib⁹ tribulationib⁹ eius
saluabit eū. I mmittet ange
lus domini in circuitu timētiū
eū: et eripiet eos. G ustate et
videte qm̄ suauis est domin⁹: be
atus vir q̄ spat in eo. T imete
dñm oēs sancti ei⁹: qm̄ non est
inopia timentib⁹ eū. D iuites
eguerūt et esurierūt: inqrentes
aūt dñm non inuenient oī bono
V enite filij audite me: timorē
domini docebo vos. Q uis est
homo q̄ vult vitā: diligit dies vi
dere bonos. P rohibe linguaꝫ
tuā a malo: et labia tua ne lo
quant' dolū D iuerte a malo ⁊
fac bonū: inqre pacem et perse
quere eā. O culi domini super
iustos: et aures ei⁹ ad pces eoꝝ
V ultus aūt dñi sup facientes
mala: vt perdat de terra memo
riā eoꝝ. C lamauerūt iusti et
domin⁹ exaudiuit eos: et ex oī
bus tribulationib⁹ eoꝝ liberauit

eos. Iuxta est domin⁹ his qui
tribulato sunt corde; et humiles
spiritu saluabit. Multe tribu
lationes iustoꝝ: et de omnibus
his liberauit eos domin⁹. Cu
stodit domin⁹ omia ossa eorum:
vnum ex his non conteretur.
Mors peccatoꝝ pessima: ꝛ qui
oderūt iustū d̄linqnt Redimet
dn̄s aīas seruoꝝ suoꝝ: et non de
linqt oīs q̄ sp̄ant in eo. añ.
Rectos decet collaudatio. añ.
Expugna psalmus dauid
Iudica dn̄e nocētes me:
expugna ipugnātes me
Apprehende arma et
scutū: et exurge in adiutorium
mihi. Effunde frameā et con
clude aduersus eos q̄ persequūt'
me: dic anime mee salus tua e
go sum. Cōfundant' et reuere
antur: querentes animaȝ meā.
Auertant' retrorsum et confū
dant': cogitantes mihi mala.
Fiant tanq̄ puluis āte facieȝ
venti: et angelus domini coar
tans eos. Fiat via illoꝝ tene
bre et lubricū: ꝛ angelus domi
ni persequens eos. Quoniā gra
tis absconderūt mihi interitum
laquei sui: supuacue exprobra
uerunt aīam meā. Ueniat illi
laqueus quē ignorat: et captio
quā abscondit apprehendat eū:
et in laqueū cadat in ipm. A
nima aūt mā exultabit in dn̄o:
et d̄lectabit' super salutari suo.
Omnia ossa mea dicent: dn̄e
quis similis tibi. Eripiens in
opem de manu fortiorū eius: e
genuȝ ꝛ pauperē a diripientib⁹
euȝ. Surgentes testes iniq̄:
q̄ ignorabā interrogabāt me.
Retribuebāt mihi mala p̄ bo
nis: sterilitatē anime me. Ego
aūt cū mihi molesti essent: indue
bar cilicio. Humiliabam in
ieiunio aīam meā: et oratio mā
in sinu mō conuertet'. Quasi p
ximū et quasi fratrē nr̄m sic cō
placebā: quasi lugens ꝛ contur
bat⁹ sic humiliabar. Et aduer
suȝ me letati sūt et conuenerūt:
congregata sunt sup me flagel
la et ignoraui. Dissipati sunt
nec cōpuncti temptauerunt me:
subsanauerūt me subsanatione
frenduerūt sup me dentib⁹ suis
Domine quādo respicies resti
tue aīam meā: a malignitate
eorū a leonib⁹ vnicā meā. Cō
fitebor tibi in ecclesia magna:

ĩ populo graui laudabo te. N o supgaudeãt mihi qui aduersant mihi iniq3: qui oderunt me gratis et annuũt oculis. Q uoniã mihi pacifice quidem loquebantur: ⁊ in iracundia terra loquẽtes dolos cogitabant. E t dilatauerunt super me os suum: dixerunt euge euge viderũt oculi nr̃i. U idisti domĩe ne sileas: domine ne discedas a me. E x urge et intende iudicio meo: deus meus ⁊ domin⁹ meus in causam meaz. I udica me scd̃m iusticiã tuam domine de⁹ me⁹: et non supgaudeãt mihi. N on dicant in cordibus suis euge euge anime nostre: nec dicant deuorabimus eum. E rubescant ⁊ reuereantur simul: qui gratulantur malis meis. I nduant cõfusione ⁊ reuerẽtia: qui maligna loquũtur super me. E xultent et letent qui volũt iusticiã meam et dicant semper magnificetur domin⁹: qui volunt pacẽ serui eius. E t lingua m̃a meditabitur iusticiam tuam: tota die laudem tuã. ps xx.

D ixit iniust⁹ vt delinquat ĩ semetipo: non est timor dei ante oculos eius. Q uoniã dolose egit in cõspectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium. U erba oris eius iniquitas et dolus: noluit intelligere vt bene ageret. I niquitatem meditatus est in cubili suo: astitit omni vie non bone maliciã autem non odiuit. D omine in celo misericordia tua: ⁊ veritas tua vsq3 ad nubes. I usticia tua sicut mõtes dei: iudicia tua abyssus multa. H omies et iumẽta saluabis domĩe: quẽadmodũ multiplicasti misericordiam tuam deus. F ilij autez hominum in tegimine alap tuarum sperabunt. I nebriabunt ab vbertate domus tue: et torrente volũtatis tue potabis eos. Q uoniaz apud te est fõs vite: ⁊ in lumine tuo videbim⁹ lumẽ. P retende misericordiam tuã scientibus te: et iusticiam his qui recto sunt corde. N on veniat mihi pes superbie: ⁊ man⁹ peccatoris nõ moueat m̃. I bi ceciderunt qui operantur iniquitatez: expulsi sunt nec potuerũt stare. añ E xpugna impugnãtes me. añ R epleta. ps xx.

Noli emulari in malignantibus: neqz zelaueris facientes iniquitatem. Quoniã tanq̃ fenuz velociter arescent: et quemadmodum olera herbarum cito decident. Spera i domino et fac bonitatem: et inhabita terram: et pasceris in diuitijs ei⁹. Delectare in domio: et dabit tibi petitões cordis tui Reuela domino viam tuaz ꝛ spera in eo: et ipe faciet. Et educet quasi lumẽ iusticiaz tuã: et iudicium tuuz tanq̃ meridiẽ: subditus esto domino et ora eũ Noli emulari in eo qui prosperatur: in via sua et i homine faciente iniusticias. Desine ab ira et derelinque furorem: noli emulari vt maligneris. Qm̃ qui malignantur exterminabũtur: sustinentes autem dominuz ipi hereditabũt terram. Et adhuc pusillũ ꝛ non erit peccator: et querens locum eius et non inuenies. Mansueti autem hereditabũt terram: et delectabũtur in multitudine pacis. Obseruabit peccator iustum: et stridebit super eum dentibus suis Dominus autez irridebit eũ: quoniam prospexit q̃ veniat dies eius. Gladium euaginauerunt peccatores: intenderũt arcum suum. Vt decipiant pauperem ꝛ inopem: vt trucidẽt rectos corde Gladius eorum intret in corda ipsorum: et arcus eorum infringatur. Melius ẽ modicũ iusto: super diuitias peccatorũ multas. Qm̃ brachia peccatorũ conterent: confirmat autem iustos dominus Nouit dominus dies immaculatoruz: et hereditas eorum in eternum erit. Non confundentur in tẽpore malo: ꝛ in diebus famis saturabũtur quia peccatores peribũt Inimici vo dñi mox honorificati fuerit ꝛ exaltati deficiẽtes: queadmoduz fum⁹ deficiẽt Mutuabitur peccator et nõ soluet: iustus autez miseret et tribuet. Quia benedicẽtes hereditabũt terram: maledicẽtes aũt ei dispibũt. Apud dñz gressus hois dirigent: et viã ei⁹ volet. Cum ceciderit nõ collidetur: quia supponit dominus manum suã. Iunior fui ꝛ enim senui: et non vidi iustum derelictum neq̃ semen eius querens panez

Tota die miseref et cōmodat: et semen illius in benedictione erit. Declina a malo et fac bonum: et inhabita in sclm seculi. Quia dominus amat iudiciuz ꝛ non derelinquet sanctos suos in eternū conseruabūtur. Iniusti punienf: ꝛ semen impiorū peribit. Iusti aūt hereditabūt terram: ꝛ inhabitabūt in sclm seculi sup eā. Os iusti meditabitur sapientiaz: ꝛ lingua eius loquetur iudicium. Lex dei eius in corde ipsius et non supplantabunf gressus eius. Cōsiderat peccator iustū: et querit mortificare eū. Dominus aūt nō derelinquet eum in manibus eius: nec damnabit euz cum iudicabitur illi. Expecta dñm ꝛ custodi viam eius: et exaltabit te vt hereditate capias terrā cū perierint peccatores videbis.

Vidi impium superexaltatū ꝛ eleuatum: sicut cedros libani.

Et transiui ꝛ ecce non erat: ꝛ quesiui euz ꝛ non est inuētus locus eius. Custodi innocentiam ꝛ vide equitatē: qm̄ sunt reliquie homini pacifico. Iniusti autem disparebunt: simul reliquie impiorum interibunt.

Salus aūt iustorum a domio: ꝛ protector eorum in tēpore tribulationis. Et adiuuabit eos dominus et liberabit eos: et eruet eos a pccoribus ꝛ saluabit eos quia sperauerunt in eo.

psalmus dauid.

Domine ne i furore tuo arguas m̄: neqꝫ in ira tua corripias. Quoniaz sagitte tue infixe sunt mihi: et confirmasti super me manum tuam. Non est sanitas in carne mea: a facie ire tue nō est pax ossibꝰ meis a facie peccatorū meorū. Qm̄ iniquitates mee supergresse sūt caput meuz: sicut honus graue grauate sunt sup me. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices me: a facie insipiētie me. Miser factus sum ꝛ curuatus sum vsqꝫ in finem: tota die contristatus ingrediebar. Quoniā lumbi mi impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mi. Dñe āte te omē desideriū meū et gemitꝰ meus:

a te non est absconditus. C or
meum conturbatũ est in me de
reliquit me virtus mã : et lumẽ
oculorum meorũ et ipm non est
mecũ . A mici mei et proximi
mei : aduersuz me appropinqua
uerũt et steterũt. E t qui iuxta
me erant delonge steterunt : et
vim faciebant q̃ querebãt aiaz
meaz. E t q̃ inq̃rebant mala
mihi locuti sunt vanitates ; et
dolos tota die meditabant. E
go aũt tanq̃ surdus non audie
bã : et sicut mutus non aperiẽs
os suuz. E t factus sum sic hõ
non audiẽs ; et non habens in
ore suo redargutiões. Q uoniã
in te dñe sparaui : tu exaudies me
dñe deus meus. Q uia dixi ne
quãdo supergaudeãt mihi inimi
ci mei ; et duz cõmouent pedes
mei sup m̃ magñ locuti st. Q m
ego in flagella parat⁹ sum : ⁊ do
lor meus in conspectu meo sem
per. Q uoniã iniq̃tatẽ meã an
nũciabo : et cogitabo pro pecca
to meo. I nimici aũt mei vi
uunt ⁊ confirmati sunt sup m̃ :
et multiplicati sunt q̃ oderũt m̃
iniq̃ Q ui retribuunt mala p
bonis : detrahebãt mihi quoniã

seq̃bar bonitatẽ. N e derelin
q̃s me dñe deus me⁹ : ne disces
seris a me. I ntende in adiuto
rium meum : dñe deus salutis
m̃e. añ. R euela domino viã tuã
p. M iserere mei deus. p. I p
sum. evovae. añ. V erba mea.
p. I ntellige. evovae. p. I ntel
lige clamorẽ meũ domine. añ. D e
us de⁹ me⁹ ad te de luce vigilo. e
vovae. añ. C õuersus ẽ. evovae.
C onfitebor tibi dñe quoniã
iratus es mihi : cõuersus
est furor tuus et cõsolatus es m̃
E cce deus saluator meus : fi
ducialiter agam et non timebo
Q uia fortitudo mea et laus
mea domin⁹ : et factus est mihi
in salutem. H aurietis aquas
i gaudio de fõtibus saluatoris :
⁊ dicetis in illa die confitemini
domino et inuocate nomen ei⁹
N otas facite in poplis oẽs ad
inuẽtiones eius : mementote q̃
excelsuz ẽ nomẽ eius. C anta
te domino qm̃ magnifice fecit :
annunciate hec in vniuersa ter
ra. E xulta et lauda habitatio
syon : quia magnus in medio tui
sanctus israel. añ. C onuersus
est furor tuus domine ⁊ consolatus

es me. p. L audate dominū de ce
lis. p. L pm. amē añ. B enedi
ctus de' israel, evovae p. L pm
Feria. iii. inuitatorium. I u
bilem' do salutari nostro. ps. U e
nite. V. N octe surgētes añ. U t
non delinquam. S eculorū amen.

ps dd.

I xi custodiā vi
as meas: vt non
deliquā in lingua
mea P osui ori
meo custodiam:
cum consisteret peccator aduer
sum me. O bmutui et humili
atus sum et silui a bonis; et do
lor meus renouatus est. C on
caluit cor meum intra me: ꝛ in
mditatōe mea exardescet ignis
L ocutus sum in lingua mā:
notū fac mihi domine finē meū
E t numerum dierum meoruꝫ
quis est: vt sciaꝫ quid desit mihi
E cce mensurabiles posuisti di
es meos; et substantia mea tā
ꝙ nihilum ante te U erūtamē
vniuersa vanitas; omis homo
viuens U erūtamen in imagi
ne pertransit homo; sed et fru
stra cōturbatus. T hesauriꝫat
et ignorat: cui congregabit ea

E t nūc que est expectatio mā
nonne deus; et substantia mā a
pud te est A b omnib' iniquita
tibus meis erue me; opprobrium
insipienti dedisti me. O bmu
tui et non aperui os meum; qm
tu fecisti amoue a m̄ plagas tu
as. A fortitudine manus tue
ego defeci in increpationibus;
propter iniquitatē corripuisti ho
minem E t tabescere fecisti sic
araneam animam eius; verun
tamen vane conturbatur omis
homo. E xaudi orationē meā
domine: ꝛ deprecationem meā
auribus pcipe lacrimas meas.
N e sileas quoniam aduena e
go sum apud te: et peregrinus
sicut omnes patres mei R emit
te mihi et confrigerer priusꝙ a
beaꝫ: et amplius non ero.

psalmus dauid.

E xpectans expectaui domi
num; et intendit mihi.
E t exaudiuit preces meas: ꝛ
eduxit me de lacu miserie ꝛ de
luto fecis. E t statuit supra pe
trā pedes meos; et direxit gres
sus meos E t imisit in os meū
canticum nouum; carmen deo
nostro. U idebūt multi et time

bũt: sperabũt in domino. Bea
tus vir cuius est nomen domini
spes eius: et non respexit in va
nitates et isanias falsas. Mul
ta fecisti domine de⁹ meus mira
bilia tua: ꝛ cogitatióibus tuis
non est qui similis sit tibi. An
nunciaui et locut⁹ sum: multipli
cati sunt super numerum. Sa
crificium et oblationez voluisti:
aures autẽ perfecisti mihi Ho
locaustum et pro peccato nõ po
stulasti: tũc dixi ecce venio In
capite libri scriptũ est de me vt
facerem voluntatem tuam de⁹
meus volui: ꝛ legem tuam in
medio cordis mei. Annũciaui
iusticiã tuã in ecclesia magna:
ecce labia mã nõ prohibebo do
mine tu scisti. Iusticiam tuaz
non abscondi in corde meo: ve
ritatem tuam ꝛ salutare tuum
dixi. Non abscondi miaz tuã
et ṽitatem tuã a cõsilio multo.
Tu aũt domie ne lõge facias
miserationes tuas a me: miseri
cordia tua et veritas tua semp
susceperunt me. Quoniam cir
cundederũt me mala quoꝝ non
est numer⁹: cõphenderunt me
iniq̃tates mẽ ꝛ nõ potui vt vide
rem. Multiplicate sunt super
capillos capitis mĩ: et cor meũ
dereliquit me. Complaceat ti
bi domine vt eruas me: domine
ad adiuuandũ me respice Cõ
fundanť ꝛ reuereantur simul: q̃
q̃runt aiam meã vt auferãt eã
Cõuertanť retrorsum et reue
reanť qui volũt mihi mala. Fe
rant confestim cõfusionez suaz:
q̃ dicũt mihi euge euge Exul
tent et letenť sup te omẽs q̃ren
tes te: et dicãt semp magnifice
tur dñs q̃ diligũt salutare tuuz
Ego aũt mendicus suz ꝛ paup
dñs solicit⁹ e mĩ. Adiutor me⁹
ꝛ ptector me⁹: tu es de⁹ me⁹ ne
tardaueris. aña Ut nõ delinq̃
i ling̃ mã aña. Sana dñe. e v o v a e
Beat⁹ q̃ itelligit sup egenũ
ꝛ paupez: i die mala libe
rabit eũ dñs Dñs cõseruet eũ
ꝛ viuificet eũ ꝛ beatũ faciat eũ
i terra: et nõ tradat eũ in aiaz
inimicoꝝ ei⁹. Dñs opẽ ferat il
li sup lectũ doloris ei⁹ vniuersuz
stratũ ei⁹ ṽsasti in ifirmitate ei⁹
Ego dixi dñe miserere mĩ: sana
aiaz meã q2 peccaui tibi Ini
mici mĩ dixerũt mala mihi: qñ
morietur ꝛ peribit nomen eius

Etsi ingrediebat' vt videret: vana loqbat' cor ei⁹ cõgregabit iniqtatem sibi. Egrediebatur foras: et loqbatur in idipz. Ad uersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi. Uerbum iniquũ cõstituerũt aduersuz m̃: nunqd qui dormit nõ adiciet vt resurgat Etenim homo pacis mee in quo speraui: qui edebat panes meos: magnificauit sup me supplantationẽ. Tu autez dñe miserere mei: ⁊ resuscita m̃ et retribuã eis In hoc cognoui quoniam voluisti me: qm̃ nõ gaudebit inimicus meus super me Me aũt propter innocẽtiã suscepisti: et cõfirmasti m̃ i cõspectu tuo in eternũ. Benedict⁹ domin⁹ deus israel: a seculo et i seculum fiat fiat. psalm⁹ xl.

Quemadmodum desiderat ceruus ad fõtes aquaꝝ: ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit aia mea ad deũ fontem viuum: quãdo veniã et apparebo ante faciẽ dei. Fuerũt mihi lacrime m̃e panes die ac nocte: dũ dicit' mihi quotidie vbi ẽ de⁹ tu⁹ Hec recordat⁹ sũ et effudi in me aiam meã: qm̃ transibo in locũ tabernaculi admirabilis vsqz ad domum dei. In voce exultationis et confessionis: sonus epulãtis. Quare tristis es aia mea: et quare conturbas me. Spera in deo qm̃ adhuc cõfitebor illi: salutare vultus mei et deus me⁹ Ad meipz anima m̃a cõturbata e: propterea memor ero tui de terra iordanis et hermoni a mõte modico. Abyssus abyssum inuocat: in voce catharactarum tuaruz. Omnia excelsa tua ⁊ fluct⁹ tui: super me transierunt In die mandauit domin⁹ misericordiam suam: et nocte canticum eius. Apud me oratio deo vite mee: dicã deo susceptor meus es. Quare oblit⁹ es m̃i et quare cõtristatus incedo: dũ affligit me inimicus. Duz cõfringũtur ossa mea: exprobauerunt mihi qui tribulãt m̃ inimici mei. Dum dicunt mihi per singulos dies: vbi est deus tu⁹. Quare tristis es anima mea: et quare conturbas me. Spera in deo quoniaz adhuch confitebor illi: salutare vultus mei

et deus me⁹. Iudica me de⁹
et discerne causam meā de gen
te nō sancta: ab homine iniquo
et doloso erue me. Quia tu es
deus fortitudo mea: quare me
repulisti et q̄re tristis incedo duȝ
affligit me inimicus. Emitte
lucem tuam et veritatem tuā:
ipa me deduxerūt et adduxerūt
in montē sanctū tuū et in taber
nacula tua. Et introibo ad al
tare dei: ad deū qui letificat iu
uentuteȝ meā. Confitebor ti
bi in cythara deus de⁹ meus:
q̄re tristis es anima mea et q̄re
conturbas me. Spera in deo
qm̄ adhuc confitebor illi saluta
re vultus mei et deus meus.
eū̄ Sana domie aiaȝ meā q̇a pec
caui tibi. an̄ Exultauit. evovae
Deus auribus nostris audi
uimus: patres nostri an
nunciauerūt nobis. Opus qḋ
operatus es in dieb⁹ eorum: et
in diebus antiq̇s Manus tua
gētes dispdidit et plātasti eos:
afflixisti populos ꝛ expulisti eos
Nec eniȝ in gladio suo posside
runt terras: et brachiū eoꝝ non
saluabit eos Sed dextera tua
ꝛ brachiū tuū et illūiatio vul
tus tui: qm̄ placuisti i eis. Tu
es ipe rex me⁹ ꝛ de⁹ me⁹: q̇ mā
das salutes iacob In te inimi
cos nr̄os vētilabim⁹ cornu: et i
noīe tuo spernem⁹ insurgētes in
nobis. Non eniȝ in arcu m̄o
spabo: ꝛ gladi⁹ me⁹ nō saluabit
me Saluasti eniȝ nos de affli
gentib⁹ nos: ꝛ odiētes nos con
fudisti In deo laudabimur to
ta die: ꝛ i noīe tuo cōfitebimur
in sclm̄ Nūc aūt repulisti ꝛ cō
fudisti nos: nō egrediēris de⁹ in
v̄tutib⁹ nr̄is. Auertisti nos re
trorsum post inimicos nr̄os: ꝛ q̇
oderūt nos diripiebāt sibi De
disti nos tanq̄ oues escarū: ꝛ i
gētib⁹ dispsisti nos Uendidisti
poplm̄ tuū sine pcio: et non fuit
multitudo in cōmutatoīb⁹ eoꝝ.
Posuisti nos opprobriū vicinis
nr̄is: subsanatioē ꝛ derisū his
q̇ in circuitu nr̄o sunt Posuisti
nos i similitudieȝ gētib⁹: como
tionē capitis in poplis. Tota
die verecūdia m̄a cōtra me ē:
et cōfusio faciei m̄e coopuit me
A voce exp̄bātis ꝛ oblōq̄ntis
a facie inimici et psequentis.
Hec oīa venerūt sup nos nec
obliti sum⁹ te: ꝛ iniq̄ȝ nō egim⁹

in testamento tuo. Et non recessit retro cor nrm: et declinasti semitas nras a via tua. Quoniã hũiliasti nos in loco afflictõnis: et cooperuit nos umbra mortis. Si obliti sum⁹ nomen dei nri: et si expandim⁹ man⁹ nras ad deũ alienũ. Nõne de⁹ req̃ret ista: ipe enim nouit abscõdita cordis. Quoniam pp̃ter te mortificabimur tota die: estimati sum⁹ sicut oues occisiõis. Exurge q̃re obdormis dñe: exurge et ne repellas in finez. Quare faciez tuã auertis: obliuisceris inopie nre et tribulationis nre. Quoniã hũiliata est in puluere aiã nra: cõglutinatus est in terra venter noster. Exurge dñe adiuua nos: et rdime nos pp̃ter nomen tuũ. psalm⁹ dauid

Eructauit cor meũ verbuz bonũ: dico ego opa mea regi. Lingua mea calam⁹ scribe: velociter scribentis. Speciosus forma pre filijs hominum diffusa est gratia in labijs tuis: pp̃terea benedixit te de⁹ in eternũ. Accingere gladio tuo: sup femur tuũ potentissime. Specie tua et pulcritudie tua: inten de prospere procede et regna. Propter veritatez et mansuetudiez et iusticiã: et deducet te mirabiliter dextera tua. Sagitte tue acute: populi sub te cadent in corda inimicorũ regis. Sedes tua deus in sclm scli: virga directõis virga regni tui. Dilexisti iusticiaz et odisti iniq̃tatẽ: pp̃terea vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo leticie pre cõsortibus tuis. Mirra et gutta et casia a vestimẽtis tuis a domib⁹ eburneis: ex q̃bus delectauerũt te filie regum in honore tuo. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circundata varietate. Audi filia et vide et iclina aurem tuã: et obliuiscere populum tuũ et domũ patris tui. Et cõcupiscet rex decorem tuũ: quia ipse est dñs deus tuus et adorabunt eũ. Et filie tyri in muneribus: vultũ tuũ depcabũt oẽs diuites plebis. Omnis gloria eius filie regis abintus in fimbrijs aureis: circũamicta varietatibus. Adducent regi virgines: post eaz proxime eius afferent tibi. Afferent in leticia et exultatõe: adducent in tẽplũ re

gis. Pro patrib⁹ tuis nati sūt tibi filij; cōstitues eos pncipes sup omnē terraȝ. Memores erūt nois tui: in omni generatōe et generationē. Propterea populi cōfitebunt tibi in eternuȝ: et in sclm scli. añ Eructauit cor meū verbū bonū. añ. Adiutor.

Deus nr̄ refugiū et vtus: adiutor in tribulatōib⁹ q̄ inuenerūt nos nimis. Propterea nō timebim⁹ duȝ turbabitur terra: et transferent montes in cor maris. Sonuerūt et turbate sunt aq̄ eoꝝ: cōturbati sūt mōtes in fortitudie ei⁹ Flumi nis impet⁹ letificat ciuitatē di: sanctificauit tabernaculū suum altissim⁹. *Deus i medio eius non cōmouebit: adiuuabit eaȝ* deus mane diluculo. Contur bate sūt gentes et inclinata sūt regna: dedit vocem suaȝ mota est terra. Dominus vtutū nobiscū: susceptor nr̄ deus iacob. Uenite et videte opa domini q̄ posuit pdigia sup terraȝ Auferēs bella vsq; ad finē terre arcū cōteret et cōfringet arma: et scuta cōburet igni. Uacate et videte qm̄ ego sum de⁹: exaltabor in gentibus et exaltabor in terra. Dominus virtutū nobiscū: susceptor noster deus iacob.

Omēs gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. Quoniam dominus excelsus terribilis: rex magnus super omnem terram Subiecit populos nobis: et gētes sub pedib⁹ nostris. Elegit nobis hereditatem suam: spem iacob quem dilexit. Ascendit deus in iubilo: et domin⁹ in voce tube. Psallite deo nr̄o psallite; psallite regi nr̄o psallite. Quoniaȝ rex omnis terre de⁹: psallite sapienter. Regnabis deus super gentes: deus sedet super sedem sanctā suaȝ. Principes populorū congregati sunt cum deo abraam: quoniam dij fortes terre vehementer eleuati sunt. añ Adiutor in tribulationibus. añ Auribus. ps dd.

Magnus domin⁹ et laudabilis nimis: in ciuitate dei nr̄i in mōte sancto ei⁹. Fūdatur exultatiōe vniuerse terre mons syon: latera aquilonis ciuitas regis magni De⁹ in domib⁹ cognoscet: cū suscipiet eā.

Quoniam ecce reges terre congregati sunt: conuenerūt in vnū Ipsi vidētes sic admirati sūt: conturbati sunt cōmoti sunt tremor apprehendit eos. Ibi dolores vt parturientis: in spiritu vehemēti conteres naues tharsis. Sic audiuim⁹ sic vidim⁹ in ciuitate dñi virtutū: in ciuitate dei nr̄i de⁹ fundauit eā in eternū. Suscepim⁹ de⁹ miām tuā: in medio tēpli tui. Sc̄dm nomen tuū de⁹ sic et laus tua in fines terre: iusticia plena ē dextera tua. Letet᷑ mōs syō et exultent filie iude: pp̄ter iudicia tua dñe. Circundate syon et complectimini eā: narrate in turrib⁹ ei⁹. Ponite corda vr̄a in v᷑tute eius: et distribuite domos ei⁹ vt enarretis in p̄genie altera. Quoniā hic est de⁹ deus nr̄ in eternū et in sc̄lm sc̄li: ipe reget nos in sc̄la. psalmus dauid.

Audite hec oms gētes: auribus percipite q̄ habitatis orbem. Quiqꝫ terrigene et filij hominū: simul in vnū diues et paup. Os meū loq̄t sapiam: et meditatio cordis mi iprudentiam. Inclinabo in pabolā aurē meā: apiam in psalterio p̄positionē meā. Cur timebo in die mala: iniquitas calcanei mei circūdabit me. Qui confidunt in virtute sua: et in multitudie diuitiaꝝ suaꝝ gloriantur. Frater nō redimit, redimet homo: nō dabit deo placationē suā. Et p̄cium redēptiōis aie sue: et laborauit in eternū et viuet adhuc in finē. Non videbit interitū cū viderit sapientes morientes simul: insipiens et stult⁹ pibūt. Et relinq̄nt alienis diuitias suas: et sepulcra eoꝝ dom⁹ illoꝝ in eternū. Tabernacula eorum in p̄genie et p̄genie: vocauerūt noia sua in terris suis. Homo cū in honore esset nō intellexit: compat⁹ est iumētis insipientib⁹ et simul fact⁹ est illis. Hec via illoꝝ scandalū ipis: et postea in ore suo cōplacebunt. Sicut oues i iferno positi sūt: mors depascet eos. Et dñabūtur eoꝝ iusti in matutino: et auxiliū eoꝝ veterascet i iferno gloria eoꝝ. Verūtamē de⁹ rdimet aiā meā: de manu inferi cū acceperit me. Ne timueris cū diues factus fuerit hō: et cū mlti

plicata fuerit gloria dom⁹ eius.
Quoniã cũ interierit nõ sumet
oia: neqȝ descẽdet cũ eo gl'ia ei⁹
Quia aia ei⁹ in vita ipsius be
nedicet: cõfitebit tibi cũ benefe
ceris ei. Introibit vsqȝ in pro
genies patrũ suoꝝ: et vsqȝ in e
ternũ nõ videbit lumẽ. Homo
cũ in honore esset nõ intellexit:
compat⁹ est iumẽtis insipientib⁹
et similis fact⁹ est illis. añ Au
dibus percipite qui habitatis orbẽ. añ
Deus deoꝝ psalmus dd
Deus deoꝝ dñs locut⁹ est:
et vocauit terrã. A so
lis ortu vsqȝ ad occasum: ex syõ
spẽs decoris eius. Deus mani
feste veniet: de⁹ nr̃ ꝛ non silebit
Ignis in cõspectu ei⁹ exardes
cet: ꝛ in circuitu ei⁹ tẽpestas va
lida. Aduocauit celũ desursũ:
ꝛ terrã discernere populũ suuȝ.
Congregate illi scõs ei⁹: q̇ or
dinãt testamentũ ei⁹ sup sacrifi
cia. Et annũciabũt celi iusticiã
ei⁹: qm̄ de⁹ iudex est. Audi po
pulus me⁹ et loq̄r israel: ꝛ testi
ficabor tibi deus de⁹ tu⁹ ego sũ
Non in sacrificijs tuis arguã
te: holocausta aũt tua in cõspe
ctu meo sunt semp. Nõ accipiã

d domo tua vitulos: neqȝ d gre
gib⁹ tuis hircos. Qm̄ me sunt
omnes fere siluarũ: iumenta in
mõtib⁹ ꝛ boues. Cognoui oia
volatilia celi et pulcritudo agri
mecũ est. Si esuriero nõ dicã
tibi: me⁹ est enĩ orbis terre ꝛ ple
nitudo ei⁹. Nunq̇d manduca
bo carnes taurorũ: aut sangui
nem hircorũ potabo. Immola
deo sacrificiũ laudis: et redde al
tissimo vota tua. Et inuoca me
in die tribulationis: eruã te et
honorificabis me. Peccatori
aũt dixit de⁹ quare tu enarras
iusticias meas: et assumis testa
mentũ meũ per os tuũ. Tu ve
ro odisti disciplinã: et proiecisti ser
mones meos retrorsuȝ. Si vi
debas furẽ currebas cum eo: et
cũ adulteris portionẽ tuã pone
bas. Os tuũ abundauit mali
cia: et lingua tua cõcinabat do
los. Sedẽs aduersus fratrẽ
tuũ loq̄baris: et aduersum filiũ
matris tue ponebas scandaluȝ
hec fecisti et tacui. Existimasti
iniq̄ꝫ q ero tui similis: arguam
te et statuã cõtra faciẽ tuam.
Intelligite hec q̇ obliuiscimi
ni deuȝ: nequãdo rapiat ꝛ nõ

sit qui eripiat. Sacrificiū laudis honorificauit me: et illic iter quo ostendam illi salutare dei.

psalmus dauid.

Miserere mei deus: scd̄m magnam misericordiā tuam. Et scd̄m multitudinē miserationum tuarum: dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me. Qm̄ iniquitatē meā ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccaui ⁊ malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis ⁊ vincas cum iudicaris. Ecce enim iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis cōcepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapiētie tue manifestasti mihi. Asperges me domine ysopo ⁊ mundabor: lauabis me et super niuē dealbabor. Auditui mōdo dabis gaudium ⁊ leticiam: et exultabunt ossa humiliata. Auerte faciem tuam a pc̄cis meis: et om̄s iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me deus: spiritum rectū innoua in visceribꝰ meis.

Ne proiicias me a facie tua: et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi leticiā salutaris tui: et spiritu principali cōfirma me. Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te conuertentur. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: ⁊ exultabit lingua mea iusticiā tuam. Domine labia mea aperies: et os meum annunciabit laudem tuam. Quoniā si voluisses sacrificium dedissem: vtiq; holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus cor contritum: ⁊ humiliatum deus non despicies. Benigne fac domine in bona voluntate tua syon: vt edificentur muri hierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iusticie oblationes et holocausta: tunc imponent super altare tuū vitulos.

psalmus dauid.

Quid gloriaris in malicia: et potens es in iniquitate. Tota die iniusticiā cogitauit lingua tua: et sicut nouacula acuta fecisti dolū. Dilexisti maliciam super benignitatem: ini

quitatem magis q̄ loqui equitā
tem. Dilexisti omnia verba p̄
cipitatōis: ligua dolosa Propt
ea deus destruet te in finem: e
uellet te et emigrabit te ō taber
naculo tuo et radicem tuam de
terra viuentiū Uidebunt iusti
et timebūt et super eū ridebūt:
et dicent ecce homo qui non po
suit deum adiutorē suū Sed
sperauit in multitudinē diuitia
rum suarum: et preualuit in va
nitate sua Ego autem sicut o
liua fructifera in domo dei: sp̄
raui in misericordia dei in eter
num et in seculum seculi. Cō
fitebor tibi in seculum qui feci
sti; et expectabo nomen tuum
quoniam bonū est in conspectu
sanctorum suorum an. Deus
deorum dominus locutus est. an.
Immola deo sa. In laudib᷒
Scdm magnam misericor
diam tuam miserere mī
deus. euouae. p̄. Miserere an
Salutare vultus mei deus meus
p̄. Iudica. euouae. an. Ad te
de luce vigilo de᷒. euouae. p̄. De᷒
de᷒ me᷒. an. Cunctis dieb᷒ Can
Ego dixi in dimi ticum
dio dierum meorum; va
dam ad portas inferi quesiui re
siduum annorū meorum: dixi nō
videbo dominum in terra viuē
tium. Non aspiciam hominē
vltra: et habitatorem quietis.
Generatio mea ablata est: et
cōuoluta est a me quasi taberna
cula pastor. Precisa est velut
a texente vita mea: dum adhuc
ordirer succidit me De mane
vsq; ad vesperā finies me: spe
rabam vsq; ad mane quasi leo
sic contriuit oīa ossa mea De
mane vsq; ad vesperam finies
me sic pullus irundinis: sic cla
mabo meditabor vt columba.
Attenuati sunt oculi mei: sus
cipientes in excelso. Domine
vim patior responde pro me qd
dicā aut quid respōdebit mihi:
cum ipse fecerim. Recogitabo
tibi omnes annos meos: in a
maritudine anime mee. Do
mine si sic viuitur et in talibus
vita spiritus mei: corripies me
et viuificabis me ecce in pace a
maritudo mea amarissima Tu
autem eruisti animam meam
vt non periret Proiecisti post
tergum tuum omnia peccata
mea Quia non infernus confi

tebit tibi : nq̃z mors laudabit te
nõ expectabũt q̃ descendũt in la
cũ vitatẽ tuã. V iuẽs viuẽs ipe
cõfitebit tibi: sicut et ego hodie
pater filijs notã faciet veritatẽ
tuã. D ñe saluũ me fac: τ psal
mos nr̃os cantabim⁹ cũctis die
bus vite nr̃e in domo domini.
añ C unctis dieb⁹ saluos nos fac
domie. p̃ I n ecclesiis laudate eũ
evovae añ L audate. D ie mer
curij I n manu tua domie omẽs
fines terre. p. V enite. añ A uer
tet dominus. evovae ps.

D ixit insipiens
in corde suo : nõ
ẽ de⁹. C orrupti
sunt et abomina
biles facti sũt ini
quitatibus : nõ est qui faciat bo
num. D eus de celo prospexit
super filios hominuz : vt videat
si est intelligens aut requirens
deum. O mnes declinauerunt
simul inutiles facti sunt : non ẽ
qui faciat bonuz non est vsq3 ad
vnum. N onne scient omnes q̃
operantur iniquitatem : qui de
uorant plebem meam vt cibum
panis. D eũ non inuocauerũt:
illic trepidauerũt timore vbi nõ
fuit timor. Q uoniam deus dis
sipauit ossa eorum qui hominib⁹
placent: confusi sunt quoniã de⁹
spreuit eos. Q uis dabit ex syõ
salutare israel: cum conuerterit
dominus captiuitatẽ plebis sue
exultabit iacob et letabit israel.
psalmus dauid.

D eus in nomine tuo saluũ
me fac: et in virtute tua
iudica me. D eus exaudi ora
tionem meam: auribus percipe
verba oris mei. Q uoniaz alie
ni insurrexerunt aduersuz me et
fortes quesierunt animaz meã:
et non proposuerunt deum ante
conspectum suum. E cce enim
deus adiuuat me: et domin⁹ sus
ceptor est anime mee. A uerte
mala inimicis meis : in verita
te tua disperde illos. V olunta
rie sacrificabo tibi: τ confitebor
nomini tuo domine quoniaz bo
nuz est. Q uoniam ex omni tri
bulatione eripuisti me: et super
inimicos meos despexit oculus
meus. psalmus dauid.

E xaudi de⁹ orationẽ meã:
et ne despexeris depreca
tionẽ meã: itende mihi et exau

di me C ontristatus sū i exer citatione mea: et conturbat⁹ sū a voce inimici et a tribulatione peccatoris. Quoniam declina uerunt in me iniquitates: et in ira molesti erant mihi. Cor meum conturbatum in me: et formido mortis cecidit sup me. Timor et tremor venerunt su per me: et contexerunt me tene bre. Et dixi quis dabit mihi pennas sicut colūbe: et volabo et requiescam. Ecce elongaui fugiens: et mansi in solitudine Expectabam eum qui saluū me fecit: a pusillaminitate spi ritus et tempestate. Precipita domine *diuide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem et cō tradictionem in ciuitate.* Die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas: ꝛ labor ī medio ei⁹ et iniusticia. Et nō defecit de plateis ei⁹: vsura et dolus. Qm̄ si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuissē v tiqꝫ. Et si his qui oderant me super me magna locut⁹ fuisset: ab scondissē me forsitan ab eo. Tu vero homo vnanimis: dux me⁹ ꝛ notus me⁹. Qui simꝉ dul

ces mecū capiebas cibos: i do mo dei ambulauim⁹ cū cōsensu. Ueniat mors super illos: ꝛ des cendant in infernū viuentes. Qm̄ nequicie in habitaculis eo rū: in medio eoꝝ. Ego aūt ad deū clamaui: ꝛ dn̄s saluauit me Uespe ꝛ mane ꝛ meridie nar rabo et annūciabo: et exaudiet vocē meam. Redimet in pa ce aiāꝫ m̄aꝫ ab his q̄ appinq̄nt mihi: qm̄ inter multos erāt me cuꝫ. Exaudiet de⁹ et hūiliabit illos: q̄ est ante scl'a. Non eniꝫ ē illis cōmutatio ꝛ nō timuerūt deum: extēdit manū suaꝫ in re tribuendo. Cōtaminauerunt *testamentū eius*; diuisi sunt ab *ira vultus eius* et appropinqua *uit cor illius.* Molliti sūt sermo *nes eius* sup oleū: et ipi sūt iacu la. Iacta sup dn̄m curā tuam et ipe te enutriet: et nō dabit in eternū fluctuatōneꝫ iusto. Tu vo de⁹ deduces eos: i puteū in teritus. Uiri sāguinū et dolosi nō dimidiabunt dies suos: ego aūt spabo in te dn̄e. an. Auertet domin⁹ captiuitatē plebis sue.

Miserere an. Qm̄. amē mei deus qm̄ cōculcauit

me homo : tota die impugnans
tribulauit me. C onculcauerũt
me inimici mei tota die: quoniã
multi bellantes aduersuz me.
A b altitudie diei timebo: ego
vero in te sperabo. I n ƌo lau
dabo sermones meos: in ƌo spe
raui non timebo q̇d faciat mihi
caro. T ota die verba mea exe
crabantur aduersum me : oms
cogitationes eorum in malum.
nhabitabunt ꝛ abscondēt :
ipi calcaneum meũ obseruabũt
S ic sustinuerũt animã meaz
pro nihilo saluos facies illos: in
ira populos confringet. D eus
vitam meam annunciaui tibi:
posuisti lacrimas meas in con
spectu tuo. S icut et in promis
sione tua: tunc conuertentur ini
mici mei retrorsum. I n qua
cunqꝫ die inuocauero te : ecce
cognoui quoniam deus meꝰ es
I n deo laudabo verbũ in do
mino laudabo sermonem: in ƌo
speraui non timebo quid faciat
mihi homo. I n me sunt deus
vota mea : que reddam lauda
tiones tibi. Q uoniam eripuisti
animã meaz de morte et pedes
meos de lapsu : vt placeã corã

deo in lumie viuentiũ. ps.
M iserere mei deus misere
re mei: quoniaz in te cõ
fidit anima mea. E t in vmbra
alarum tuarum sperabo : donec
transeat iniquitas. C lamabo
ad deum altissimum : deum qui
benefecit mihi. M isit de celo
et liberauit me : dedit in oppro
brium conculcãtes me. M isit
deus misericordiam suam ꝛ ve
ritatem suaz : et eripuit animã
meam de medio catulorum leo
num dormiui cõturbatus. F i
lij hominum dentes eorum : ar
ma et sagitte et lingua eorum
gladius acutus. E xaltare su
per celos deus : et in omnez ter
ram gloria tua. L aqueuz pa
rauerunt pedibus meis : et incur
uauerunt animam meam. F o
derũt ante faciez meam foueã:
et inciderunt in eam. P ara
tum cor meum deus paratum
cor meuz : cantabo et psalmum
dicam. E xurge gloria mea ex
urge psalterium et cythara : ex
urgam diluculo. C onfitebor
tibi in populis domine : et psal
mum dicam tibi in gentibus.
Q uoniã magnificata est vsqꝫ

ad celos mia tua: ꝛ vsqꝫ ad nu
bes veritas tua. Exaltare su
per celos deus: et super omnem
terram gloria tua. an. Quoniã i
te confidit anima mea. an. Iuste
iudicate. amẽ. psalmus dauid

Si vere vtiqꝫ iusticiam lo
quimini: recte iudicate
filij hominum. Etenim in cor
de iniquitates operamini in ter
ra: iniusticias manus vr̃e conti
nuant. Alienati sunt peccato
res a vulua: errauerunt ab vte
ro locuti sunt falsa. Furor illis
scd̃m similitudinem serpentis:
sicut aspidis surde ꝛ obturãtis
aures suas. Que non exaudiet
vocem incantantium: et venefi
ci incantantis sapienter. Deus
conteret dentes eorũ in ore ipo
rum: molas leonum confringet
dominus. Ad nihilum deuenient
tanq̃ aqua decurrens: intendit
arcum suum donec infirmentur.
Sicut cera que fluit auferẽtur:
supcecidit ignis et non viderũt
solem. Priusq̃ intelligerẽt spi
ne vr̃e rãnum: sic viuentes sic i
ira absorbet eos. Letabitur
iustus cum viderit vindictam:
manus suas lauabit in sangui
ne peccatoris. Et dicet homo
si vtiqꝫ est fructus iusto: vtiqꝫ ẽ
iudicans eos in terra.

psalmus dauid.

Eripe me de inimicis m̃is
deus meus: et ab insur
gentibus in me libera me. E
ripe m̃ d̃ operantibus iniq̃tatem:
et de viris sanguinum salua me
Quia ecce ceperunt animam
meam: irruerunt in me fortes.
Neqꝫ iniquitas mea neqꝫ pec
catum meum domine: sine iniq
tate cucurri et direxi. Exurge
in occursum meum et vide: et
tu domine deus virtutum deus
israel. Intende ad visitandas
omẽs gentes: nõ miserearis oi
bus qui operantur iniquitatem
Conuertantur ad vesperam: et
famẽ patientur vt canes: ꝛ cir
cuibunt ciuitatem. Ecce loqn
tur in ore suo ꝛ gladius in labys
eorum: quoniam quis audiuit.
Et tu domine deridebis eos:
ad nihilũ deduces oẽs gentes.
Fortitudinẽ meam ad te custo
diã: qm̃ deus susceptor meus mia e
ius pueniet me. Deus ostẽdit mihi
sup inimicos meos ne occidas
eos: neq̃ñ obliuiscãtur popli mei.

Disperge illos in virtute tua: et depone eos protector meus domine. Delictum oris eorũ sermone. Delictum labiorũ ipsorum: et comprehendantur in superbia sua. Et de execratione et mendacio: annunciabuntur in consumatione. In ira consumationis et non erunt: et scient quia deus dominabitur iacob et finiũ terre. Convertẽtur ad vesperã et famẽ patientur vt canes: et circuibunt ciuitatem. Ipsi dispergentur ad manducandũ: si vero nõ fuerint saturati et murmurabunt. Ego aũt cantabo fortitudinez tuam: et exaltabo mane miam tuã. Quia factus es susceptor meus: et refugiuz meum in die tribulatõis mee. Adiutor meus tibi psallã: quia deus susceptor meus es deus meus misericordia mĩa. añ. Iuste iudicate filij hominum. añ. Us nobis. Seculorũ amen.

psalmus dauid

Deus rpulisti nos: et destruxisti nos: iratus es et misertus es nobis. Commouisti terram et conturbasti eaz: sana cõtritiones eiusqz cõmota ẽ. Ostẽdisti populo tuo dura: potasti nos vino cõpunctionis. Dedisti metuentibus te significationez: vt fugiant a facie arcus. Et liberent dilecti tui: saluũ fac dextera tua et exaudi me. Deus locutus est in sancto suo: letabor et partibor siccimam et conuallem tabernaculorum metibor. Meus est galaad et meus est menasses: et effraym fortitudo capitis mei. Iuda rex meus: moab olla spei mee. In ydumeã extendã calciamẽtũ meũ: mihi alienigene subditi sunt. Quis deducet me in ciuitatez munitam: quis deducet me vsqz in ydumeam. Nonne tu deus qui repulisti nos: et non egredieris deus in virtutibus nostris. Da nobis auxiliuz de tribulatione: et vana salus hominis. In deo faciemus virtutem: et ipse ad nihilum deducet tribulantes nos

psalmus dauid.

Exaudi deus deprecationẽ meam: intende orationi me. A finibus terre ad te clamaui: dum auxiaretur cor meum in petra exaltasti me. De

duxisti me q: fact⁹ es spes mā:
turris fortitudis a facie inimici
I nhitabo in tabernaculo tuo
in scl'a: ptegar in velamēto ala
ruz tuar. Quoniā tu de⁹ meus
exaudisti orōnez meā dedisti he
reditatez timen. b⁹ nomen tuū
Dies sup dies regis adicies:
ānos ei⁹ vsqz in diē generatōis
et generatōis Permanet in e
ternū in cōspectu dei: miam et
veritatez ei⁹ q̄ reqret. Sic psal
mū dicā nomini tuo i sclm scli:
vt reddā vota mā de die in diē
añ. Da nobis domine auxiliū de
tribulatione a timore. amen ps
Nōne deo subiecta erit aīa
mea: ab ipo eniz salutare
meū. Nā et ipe deus meus sus
ceptor m⁹us: nō mouebor āplius
Quousqz irruitis i hoiem: iter
ficitis vniuersi vos tanq̄ parie
ti inclinato et materie depulse.
Verūtn̄ pciū meū cogitauerūt
repellere: cucurri i siti ore suo be
nedicebant et corde suo maledi
cebāt. Verūtn̄ deo subiecta est
aīa mea: qm̄ ab ipo pacientia
mea. Quia ipe deus meus et
saluator me⁹ adiutor meus non
emigrabo. In deo salutarī me

um et gloria mea: deus auxilij
mei et spes mā in deo est. Spe
rate in eo omnis congregatio
populi: effundite coram illo cor
da vestra deus adiutor noster in
eternum. Veruntamen vani
filij hominum mendaces: vt de
cipiant ipi de vanitate in idipz
Nolite sperare in iniquitate ꝛ
rapinas nolite concupiscere: di
uitie si affluant nolite cor appo
nere. Semel locutus est deus
duo hec audiui qa potestas dī ē:
et tibi domine misericordia qa
tu reddes vnicuiqz iusta opera
sua.

psalmus dauid

Deus deus meus: ad te d
luce vigilo. Sitiuit in
te anima mea: q̄ multipliciter
tibi caro mea. In terra deser
ta in via et in aquosa sic in san
cto apparui tibi: vt viderem vir
tutem tuam et gloriam tuam.
Quoniam melior est misericor
dia tua super vitas: labia mea
laudabunt te. Sic benedicā
te in vita mā: et in nomie tuo
leuabo manus meas. Sicut
adipe ꝛ pinguedine repleatur a
nima mea: ꝛ labijs exultatōis
laudabit os meuz. Si memor

fui tui super stratum meũ vt in
matutinis mditabor in te: quia
fuisti adiutor meus. Et in ve
lamento alarum tuarum exulta
bo adhesit anima mea post te:
me suscepit dextera tua. Ipsi
vero in vanum quesierunt aiaꝫ
meã introibunt in inferiora ter
re: tradent in manꝰ gladij par
tes vulpium: erunt Rex vero
letabitur in do laudabunt oms
qui iurant in eo: quia obstructũ
est os loqntiũ iniqua. ps dd.

Exaudi deus oratõeꝫ meã
cum deprecor: a timore
inimici eripe animam meam.
Protexisti me a conuentu ma
lignantium: a multitudine ope
rantium iniquitatem Quia ex
acuerũt vt gladiũ liguas suas:
intenderunt arcum rem amarã
vt sagittent in occultis imacu
latum. Subito sagittabũt eũ
et non timebunt: firmauerunt
sibi sermonem neq̃. Narraue
runt vt absconderent laqueos:
dixerũt qs videbit eos. Scru
tati sunt iniquitates: defecerũt
scrutantes scrutinio. Accedet
hõ ad cor altũ: et exaltabit deꝰ
Sagitte paruulorꝫ facte sunt
plage eorũ: et infirmate sunt cõ
tra eos lingue eorũ Cõturba
ti sunt oẽs qui videbant eos: et
timuit ois hõ Et ãnũciauerũt
opa dei: et facta eius intellexe
runt. Letabitur iustus in dño
et spauit in eo: et laudabũtur
omnes recti corde. ps dd

Te decet hymnus deus in
syon: et tibi reddetur vo
tum in hierusalez Exaudi oro
nez meam: ad te omnis caro ve
niet. Verba iniquorum preua
luerunt sup nos: et impietatibꝰ
nostris tu propiciaberis. Bea
tus quẽ elegisti et assumpsisti: in
habitabit in atrijs tuis. Reple
bimur in bonis domus tue: et
sanctum est tẽplum tuuꝫ mirabi
le in equitate. Exaudi nos de
us salutaris noster: spes omni
um finiuꝫ terre ⁊ in mari lõge
Prepans mõtes in ỽtute tua
accintus potentia: qui ꝯturbas
ꝓfundum maris sonum fluctuũ
eius. Turbabuntur gentes ⁊
timebunt qui hitant terminos a
signis tuis: exitus matutini ⁊
uespere delectabis Visitasti
terrã et inebriasti eaꝫ: multipli

casti locupletare ea3. Flumē dei repletum est aquis: pasti ci bum illoru3 qm̄ ita est ꝑparatio eius Riuos eius inebriās mł tiplica genimina eius: in stillici dijs eius letabitur germinans. Benedices corone āni bēigni tatis tue: et campi tui replebūt vbertate. Pinguescent specio sa dserti; et exultatōe coll'ēs acci gēt. Inducti sūt arietes ouiū: et valles abūdabūt frumento: cłamabūt ⁊eni hymnū dicēt. añ A timore inimici eripe aīa3 mea3. Jubilate deo omnis terra psalmu3 dicite noī ei9; da te gl'iam laudi eius Dicite deo q̄ȝ terribilia sunt opa tua domie in mł'titudine ꝟtutis tue menti entur tibi inimici tui. Omnis terra adoret te de9 et psallat tibi psalmu3 dicat noī tuo. Uenite et videte opa dī; terribilis in cō silijs sup filios hoīum. Qui cō uertit mare in aridā: i flumine p trāsibunt pede ibi letabimur in ipo. Qui dn̄atur in ꝟtute sua ī eternū: oculi eius super gentes respiciūt qui exaspant non exal tentur in semetipsis. Benedi cite gentes deu3 nostru3: et audi tam facite vocē laudis ei9 Qui posuit aīam mea3 ad vitam: et non dedit in cōmotionē pedes m̄ os. Qm̄ ꝓbasti nos deus igne nos examinasti: sicut examinat argentū. Induxisti nos in laq̄ um posuisti tribulatōes in dorso nr̄o: posuisti hoīes sup capita nr̄a Trāsiuim9 p igne et aquā: et eduxisti nos in refrigeriu3. In troibo in domū tuam in holocau stis: reddam tibi vota mea q̄ di stinxerūt labia m̄a. Et locutu3 est os meū: in tribulatione mea Holocausta medullata offera3 tibi cū incēso arietu3: offerā tibi boues cū hircis. Ueite audite et narrabo omēs q̄ timtis deū: quāta fecit anime mee. Ad ip sum ore meo clamaui: et exulta ui sub ligua m̄a. Iniquitatē si aspexi i corde m̄o: nō exaudiet dn̄s. Propterea exaudiuit de9 ⁊ attēdit voci dpcatōis m̄e. Be n̄dict9 dn̄s q̄ nō amouit orōnem meam et mia3 suā a me ps.

Deus misereat' nr̄i ⁊ bn̄dicat nobis: ⁊ illumiet vultū su um sup nos ⁊ misereat' nr̄i Ut cognoscam9 in terra viā tuā in omnib9 gentibus salutare tuu3

Confiteãtur tibi populi deus: cõfiteãtur tibi populi oms. Letetur et exultẽt gentes qm iudicas populos i equitate: et gentes in terra dirigis. Cõfiteãtur tibi populi deus confiteãtur tibi populi oms: terra dedit fructum suum. Benedicat deus deus noster benedicat nos de⁹: ꝛ metuãt eum oms fines terre

psalmus dauid.

Exurgat deus et dissipẽtur inimici eius: ꝛ fugiãt q oderũt eũ a facie eius. Sicut deficit fum⁹ deficiãt: sicut fluit cera a facie ignis: sic pereant peccatores a facie dei Et iusti epulent et exultent in cõspectu dei: ꝛ delectent i leticia Cantate deo psalmuz dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum dñs nomen illi. Exultate in cõspectu eius turbabũtur a facie eius pris orphanorũ: ꝛ iudicis viduarũ. De⁹ in loco sancto suo: deus q inhabitare facit vnius moris in domo. Qui educit vinctos i fortitudie: similiter eos q exasperant q hitant in sepulcris Deus cũ egredieris i cõspectu populi tui: cũ ptransires in deserto. Terra mota est etenim celi distillauerũt a facie sinay: a facie dei israel Pluuiã voluntariã segregabit de⁹ hereditati tue: et infirmata est tu vo pfecisti eaz. Animalia tua hitabũt i ea: pasti i dulcedie tua pauperi de⁹ Dominus dabit vbum euãgelizantibus: vtute multa. Rex virtutum dilecti dilecti: ꝛ speciei dom⁹ diuidere spolia. Si dormiatis iter mdios cleros penne colũbe deargentate: ꝛ posteriora dorsi ei⁹ in pallore auri Dũ discernit celestis reges sup eaz niue dealbabũt in selmõ: mons dei mons pinguis mons coagulat⁹ mõs pinguis: vt quid suspicamini in montes coagulatos. Mons in quo beneplacitũ ẽ ei habitare in eo.: etenĩz dominus habitabit in finẽ Currus dei decez milib⁹ multiplex: milia letantiũ dñs in eis i sinay in sancto. Ascendisti in altuz cepisti captiuitatẽ: accepisti dona in hominib⁹. Etenĩz nõ credentes: inhitare dñm deũ. Benedict⁹ dñs die quotidie ꝓsperuz iter faciet: nobis de⁹ salutariu nrorũ

Deus nr̃ deus saluos faciēdi: τ dñi dñi exitus mortis Uerū tamē deus cōfringet capita inimicorū suoꝝ: verticē capilli perambulantium in delictis suis. Dixit dominus ex basan cōuertam: conuertam in profundum maris Ut intingatur pes tu⁹ in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipo Uiderūt ingressus tuos deus: ingressus dei mei regis mei qui est in sancto Preuenerūt principes cōiuncti psallentibus: in medio iuuencularū tympanistriarum. In ecclesijs benedicite deo: domino de fontibus israel Ibi beniamin adolescētulus: in mētis excessu Principes iuda duces eorū: principes zabulon pn cipes neptalim. Manda deus virtuti tue confirma deus hoc: quod operatus es in nobis. A templo tuo in hierusalem: tibi offerent reges munera Increpa feras arundinis cōgregatio taurorum in vaccis populoruz: vt excludāt eos qui probati sūt argento. Dissipa gentes que bella volūt venient legati ex egipto: ethiopia pueiet man⁹ ei⁹ deo. Regna terre cātate deo: psallite domino. Psallite deo q̄ ascēdit sup celū celi: ad orientez. Ecce dabit voci sue vocē v̄tutis: date gl'iam deo sup isrl' magnificentia ei⁹ τ v̄tus ei⁹ in nubib⁹. Mirabilis de⁹ in scis suis: de⁹ isrl' ipe dabit v̄tutez et fortitudiez plebis sue bn̄dict⁹ de⁹

añ In ecclesijs benedicite domi nuz p. Deus vitā meā. I

Ampliius lana laudi... me domie ab iniusticia mā. amē p. Miserere. añ Te decet hymn⁹ de⁹ i syō. evovae. p. I pm añ Labia mea laudabūt te i vita mea de⁹ me⁹ p. Deus deus. añ. Exultauit. psalmus dauid.

Exultauit cor meū in dño: τ exaltatū est cornu meū i deo mo. Dilatatū est os meū sup inimicos mos: q: letata suz i salutari tuo Non ē sanct⁹ vt est dn̄s: neq3 eniz ē ali⁹ extra te et nō est fortis sic de⁹ nr̄. Noli te mlt'iplicare loq̄: sublimia glo riātes Recedat vetera d ore vr̄o: q: de⁹ sciaꝝ dn̄s ē et ipi p parātur cogitatōes. Arc⁹ fortiū supat⁹ est: τ ifirmi accincti sunt robore. Repleti pri⁹ p pa

nibus se locauerunt: et fameliti
saturati sunt. D onec sterilis
peperit plurimos: et q̃ multos ha
bebat filios infirmata e. D ñs
mortificat et viuificat; deducit
ad inferos et reducit. D omi
nus pauperez facit et ditat; hu
miliat et subleuat. S uscitãs
de puluere egenũ; e de stercore
erigens pauperez. V t sedeat
cum pncipib9; et solium glorie
teneat. D omini eniz sunt car
dines terre; et posuit sup eos or
bem. P edes sanctorũ suoꝝ ser
uabit; et impij in tenebris con
tristescent; qz non in fortitudie
sua roborabit vir. D ominũ for
midabunt aduersarij ei9; et sup
ipos in celis tonabit. D omin9
iudicabit fines terre; et dabit i
periũ regi suo ꝛ sublimabit cor
nu christi sui. añ. E xultauit cor
meum in domino. p. C eli celorũ
laudate eũ. p. L aus. añ. S a
lutez ex inimicis nostris ꝛ de manu
oium qui oderũt nos domine. amẽ
Feria. v. inuitatoriũ. A dore
mus dominũ qm ipse fecit nos. p.
V enite. añ. D omine deus, e
vovae. psalmus dauid

S aluum me fac
de9; qm intraue
rũt aque vsqz ad
aiaz meã. I n
fixus suz in limo
pfundi: ꝛ nõ ẽ substãtia. V eni
in altitudiez maris; et tẽpestas
demersit me. L aboraui cla
mãs rauce fcẽ sũt fauces mee;
defecerũt oculi mei dũ spero in
deũ meũ. M ultiplicati sunt su
per capillos capitis mei; q ode
runt me gratis. C onfortati
sunt q psecuti sunt m̃ inimici mi
iniuste; q nõ rapui tũc exoluebã.
D eus tu scis insipiẽtiã meã;
ꝛ delicta mea a te nõ sunt abs
cõdita. N õ erubescãt i me q ex
pectãt te dñe; dñe vtutũ. N õ
cõfundãt sup me; q q̃rũt te deus
isrl. Q m ppter te sustinui opp
briũ; opuit cõfusio faciẽ meã.
E xtrane9 fact9 suz frib9 meis; ꝛ
pegrin9 filijs matris mee. Q m
zelus dom9 tue comedit me; et
opprobria exprobãtiũ tibi cecide
runt sup me. E t opui i ieiunio
aiaz meã; et factũ est i opprobriũ
mihi. E t posui vestimẽtũ meũ
ciliciũ; ꝛ fact9 sũ illis i parabolã
A duersuz me loqbant qui sede

bāt ī porta : ⁊ ī me psallebāt q̄ bibebāt vinū. Ego vero orōnē meā ad te dn̄e : temp⁹ bn̄placiti de⁹. In mltitudīe mīe tue : exaudi m̄ in vitate salutis m̄e. Eripe me de luto vt nō infingar : libera m̄e ab his q̄ oderūt me ⁊ de ꝓfundis aq̄ruz. Nō me demergat tēpestas aq̄ neqꝫ absorbeat m̄ ꝓfūduz : neqꝫ vrgeat super me pute⁹ os suū. Exaudi me dn̄e qm̄ bēigna ē mia tua : scd̄z mltitudīez miseratōnū tuarū respice ī m̄. Et ne auertas faciē tuā a puero tuo : qm̄ tribulor velociter exaudi me. Intēde aīe m̄e et libera eā : ꝓpter inimicos m̄os eripe m̄. Tu scis ī ꝓperiū meū ⁊ cōfusionez meaz : et reuerentiā meā. In cōspectu tuo sūt oms̄ q̄ tribulāt me. improperiū expectauit cor meum et miseriā. Et sustinui q̄ simul cōtristaret : et nō fuit q̄ cōsolaret me et nō inueni. Et dederūt ī escā meā fel : ⁊ ī siti m̄a potauerūt me aceto. Fiat mēsa eorū corā ipsis ī laq̄uz : et ī retributiones ⁊ in scādalū. Obscurēt oculi eoꝝ ne videāt : et dorsuz eoruz semꝑ incurua. Effunde super eos irā tuā : et furor ire tue cōprehendat eos. Fiat habitatio eorū deserta : et in tabernaculis eorū nō sit q̄ inhitet. Qm̄ quez tu ꝑcussisti persecuti sūnt : ⁊ suꝑ dolorez vulneꝝ m̄oꝝ addiderūt. Appone iniq̄tatez super iniq̄tatez eoꝝ : ⁊ nō intrent ī iusticiā tuā. Deleant de libro viuentiū : et cū iustis nō scribant. Ego suz pauꝑ et dolens : sal⁹ tua de⁹ suscepit me. Laudabo nomen dei cū cātico : et magnificabo eū in laude. Et placebit deo suꝑ vitulū nouellū : cornua ꝓducentez et vngl'as. Videāt paupes ⁊ letent : q̄rite deū ⁊ viuet aīa vr̄a. Qm̄ exaudiuit paupes dn̄s : et victos suos nō despexit. Laudent illū celi ⁊ terra : mare et oīa reptilia in eis. Qm̄ de⁹ saluā faciet syō : ⁊ edificabūt ciuitates iude. Et inhabitabūt ibi ⁊ hereditatē adquirent eam. Et semen seruorum eius possidebit eam : et qui diligunt nomen eius habitabūt in ea.

psalmus dauid.

Deus in adiutoriū meū intende : dn̄e ad adiuuādū me festina. Cōfundātur et re

nereātur; q̇ querūt aīam meā. Auertant retrorsum et erubescant; q̇ volūt mihi mala. Auertant statī erubescētes; q̇ dicūt mihi euge euge. Exultent ꝛ letent in te oēs q̇ querunt te ꝛ dicāt semp magnificet dñs; qui diligūt salutare tuū. Ego vo egen⁹ ꝛ paup sum; de⁹ adiuua me. Adiutor me⁹ et liberator me⁹ es tu; dñe ne moreris. añ. Domie de⁹ in adiutoriū meū intēde. añ. Esto mihi. ps. 70

In te dñe speraui nō confundar in eternū; in iusticia tua libera me et eripe me. Inclina ad me aurē tuā; et salua me. Esto mihi in deū ꝓtectorem; et in locū munitū vt saluū me facias. Qm̄ firmamētum meū; ꝛ refugiū meū es tu. Deus me⁹ eripe me et d̄ manu peccatoris; et de manu cōtra legē agētis et iniq̇. Qm̄ tu es patientia mea dñe; domie spes mea a iuuētute mea. In te confirmat⁹ sum ex vtero de vētre matris meae; tu es ꝓtector me⁹. In te cātatio mea semp; tanq̄ ꝓdigiū fact⁹ sum multis; et tu adiutor fortis. Repleat os meū laude; vt cantē gl'iam tuā tota die magnitudinem tuam. Ne proiicias me in tempore senectutis; cū defecerit vtus mea ne derelinqs me. Quia dixerūt inimici mei mihi; et q̇ custodiebāt aīam meā cōsiliū fecerūt in vnū. Dicentes de⁹ dereliq̇t eū persequimini; ꝛ cōphendite eū q̄ non est q̇ eripiat. Deus ne elongeris a me; de⁹ me⁹ in auxiliū meum respice. Confundātur et deficiant detrahentes aīe mee; operiātur cōfusione et pudore q̇ querūt mala mihi. Ego autē semp sperabo; et adiciā sup omē laudē tuā. Os meū annūciabit iusticiā tuā; tota die salutare tuū. Qm̄ nō cognoui litteraturā introibo in potentias dñi; domine memorabor iusticie tue soli⁹. Deus docuisti me a iuuētute mea; et vsq̄ nūc ꝓnūciabo mirabilia tua. Et vsq̄ in senectam et seniū; de⁹ ne derelinqs me. Donec āñūciē brachiū tuū. generatōi omni q̄ ventura ē. Potētiā tuā et iusticiā tuā deus vsq̄ in altissima; q̄ fecisti magnalia de⁹ quis similis tibi. Quātas ostēdisti mihi tribula

tiones multas et malas et con
uersus viuificasti me: et de abissis
terre iterum reduxisti me. Multi
plicasti magnificentiam tuam: et con
uersus consolatus es me. Nam
et ego confitebor tibi in vasis
psalmi veritatem tuam deus: psallam
tibi in cithara sanctus israel. E
xultabunt labia mea cum cantaue
ro tibi: et anima mea quam redemisti.
Sed et lingua mea tota die me
ditabitur iusticiam tuam: cum confusi et
reueriti fuerint qui querunt mala mihi

psalmus dauid

Deus iudicium tuum regi da:
et iusticiam tuam filio regis.
Iudicare populum tuum in iusti
cia et pauperes tuos in iudicio.
Suscipiant montes pacem po
pulo: et colles iusticiam. Iudi
cabit pauperes populi: et saluos
faciet filios pauperum: et humilia
bit calumniatorem. Et permane
bit cum sole et ante lunam: in gene
ratione et generationem. Descen
det sicut pluuia in vellus: et sic
stillicidia stillantia super terram.
Orietur in diebus eius iusticia:
et abundantia pacis donec aufe
ratur luna. Et dominabitur a
mari vsque ad mare: et a flumine

vsque ad terminos orbis terrarum.
Coram illo procident ethiopes:
et inimici eius terram lingent.
Reges tharsis et insule mune
ra offerent: reges arabum et sab
ba dona adducent. Et adora
bunt eum omnes reges: et omnes
gentes seruient ei. Quia libe
rauit pauperem a potente: et pau
perem cui non erat adiutor. Par
cet pauperi et inopi: et animas
pauperum saluas faciet. Ex vsu
ris et iniquitate redimet animas
eorum: et honorabile nomen eorum
coram illo. Et viuet et domi
nabitur ei de auro arabie: et a
dorabunt de ipso semper tota die be
nedicent ei. Erit firmamentum
in terra in summis montium: sup
extolletur sicut libanum fructus e
ius et florebunt de ciuitate sicut
fenum terre. Sit nomen eius
benedictum in secula: ante solem
permanet nomen eius. Et bene
dicentur in ipso omnes tribus terre:
omnes magnificabunt eum. Be
nedictus dominus deus israel:
qui facit mirabilia solus. Et be
nedictum nomen maiestatis eius
in eternum: et replebitur maie
state eius omnis terra fiat fiat.

añ. Esto mihi in deū protectorē.
añ. Liberasti virgam, evovae.
Quam bonus israel deus :
his qui recto sunt corde.
Mei autem pene moti sunt pe
des: pene effusi sunt gressus mei
Quia zelaui sup iniquos: pacē
peccatorum videns. Quia non
est respectus morti eoꝝ: et firma
mentū in plaga eorū. In la
bore hominum non sunt: et cum
hominibus non flagellabuntur.
Ideo tenuit eos supbia: opti
sunt iniquitate et impietate sua
Prodiit quasi ex adipe iniqtas
eoꝝ transierunt in affectū cordis
Cogitauerūt et locuti neqciā
iniquitatem in excelso locuti sūt
Posuerunt in celū os suum: et
lingua eorum transiuit in terra.
Ideo conuertetur populus me
us hic: et dies pleni inuenientur
in eis. Et dixerunt quomodo
scit deus: et si est sciētia i excelso
Ecce ipsi peccatores et abun
dantes: in seculo obtinuerūt di
uitias. Et dixi ergo sine causa
iustificaui cor meum: et laui int
innocentes manus meas. Et
fui flagellatus tota die: et casti
gatio mea in matutinis. Si

dicebam narrabo sic: ecce natio
nem filiorum tuorum reprobaui
Et existimabam ut cognoscerē
hoc: labor est ante me. Donec
intrem in sanctuarium dei: et in
telligā in nouissimis eoꝝ. Ve
runtamen ꝓpter dolos posuisti e
is: deiecisti eos dum alleuaren
tur. Quomodo facti sunt in de
solationem: subito defecerunt pe
rierūt propter iniquitatem suam.
Velut somnum surgētium do
mine in ciuitate tua: ymaginem
ipsoꝝ ad nihilum rediges. Qui
a inflāmatum est cor meum et
renes mei cōmutati sunt: et ego
ad nihilū redactus sum et nesci
ui. Ut iumentū factus sū apd
te: et ego semp tecum. Tenuisti
manum dexteram meam et in
voluntate tua deduxisti me: et cū
gloria suscepisti me. Quid eniz
mihi est in celo: et a te qd volui
sup terram. Defecit caro mea
et cor meum deus cordis mei,
et ps mea deus in eternū. Quia
ecce q elōgāt se a te pibūt: per
didisti omnes qui fornicātur abs
te. Mihi autē deo adherere bo
num est ponere in domino deo
spem meam. Ut annūciē om

nes p̄dicationes tuas; in portis
filie syon psalmus dauid

Ut quid deus repulisti in fi
nē; iratus est furor tu⁹ su
p oues pascue tue Memor esto
congregationis tue; quam posse
disti ab initio. Redemisti vir
gam hereditatis tue; mons syō
in quo habitasti in eo. Leua
manus tuas in supbias eorū in
finem; quanta malignatus est i
inimicus in sancto. Et gloriati
sunt qui oderunt te; in medio so
lēnitatis tue. Posuerūt signa
sua signa; et nō cognouerūt sic
in exitu super somnum. Qua
si silua lignorum securibus; ex
ciderunt ianuas eius in idipsum;
in securi et ascia deiecerunt eaȝ
Incenderunt igni sanctuariū
tuum; in terra polluerunt taber
naculum nominis tui. Dixe
runt in corde suo; cognatio eoꝝ
simul q̄escere faciamus omnes
dies festos dei a terra. Signa
nostra non vidimus iam non ē
propheta; et nos non cognoscet
amplius. Usquequo deus im
properabit inimicus; irritat ad
uersarius nomen tuum in fineȝ

Ut quid auertis manū tuā ⁊ dex
teram tuam; de medio sinu tuo
in finem. Deus autem rex no
ster ante secula; operatus est sa
lutem in medio terre. Tu fir
masti in virtute tua mare cōtri
bulasti capita draconū i aquis
Tu confregisti capita dracho
nis; dedisti eum escam populis
ethiopum. Tu dirupisti fontes
et torrentes; tu siccasti fluuios e
than. Tuus est dies et tua ē
nox; tu fabricatus es auroram
et solem. Tu fecisti omnes ter
minos terre; estatem et ver tu
plasmasti ea. Memor esto hui⁹
inimic⁹ ipropabit dn̄o; et popu
lus insipiēs incitauit nomen tu
um. Ne tradas bestiis aīas
confitentes tibi; et animas pau
pum tuorum ne obliuiscaris in
finem. Respice in testamen
tuȝ tuum; quia repleti sunt qui
obscurati sūt terre domibus ini
quitatum. Ne auertatur hu
milis factus confusus; pauper
et inops laudabunt nomen tu
um. Exurge deus iudica cau
sam tuā memor esto improperio
rum tuorum; que ab insipiente
sunt tota die. Ne obliuiscaris

voces inimicorũ tuorum supbia eoȝ qui te oderunt ascendit semper. aña. Liberasti virgam heredítatis tue. aña. Et inuocabim⁹.

Confitebimur tibi deus cõfitebimur: ⁊ inuocabim⁹ nomen tuũ. Narrabimus mirabilia tua: cuȝ accepero tẽpus ego iusticias iudicabo. Liqfacta est terra et omnes qui habitant in ea: ego confirmaui colũnas eius. Dixi iniquis nolite iniq; agere: et delinquentibus nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altum cornu nr̃m: nolite loqui aduersus deũ iniquitatem. Quia neq; ab oriente neq; ab occidẽte neq; a desertis montibus: quoniaȝ deus iudex est. Hunc hũiliat et hunc exaltat: quia calix in manu domini vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc i hoc: verũtamẽ fex ei⁹ nõ est exinanita bibẽt ex eo omnes peccatores terre. Ego autem annunciabo in sclm: cantabo deo iacob. Et omnia cornua eorũ confringam: ⁊ exaltabunt cornua iusti. ps dd.

Notus in iudea deus in israel: magnum nomen eius. Et fact⁹ est in pace locus eius: et habitatio eius in syon. Ibi cõfregit potẽtias arcuũ: scutum et gladium et bellum. Illuminans tu mirabiliter a mõtib⁹ eternis: turbati sũt oẽs insipientes corde. Dormierũt somnum suum: et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Ab increpatõe tua deus iacob: dormitauerunt qui ascenderunt equos. Terribilis es ⁊ quis resistet tibi: ex tunc ira tua. De celo auditũ fecisti iudicium: terra tremuit et requieuit. Cum exurgeret in iudicio deus: vt saluos faceret oms mansuetos terre. Quoniam cogitatio homis cõfitebit tibi: et reliquie cogitationis diem festum agẽt tibi. Uouete et reddite domino deo vr̃o: omnes qui circuitu eius affertis munera. Terribili ⁊ ei qui aufert spũm pncipum: terribi apud reges terre. aña. Et inuocabim⁹ nomẽ tuũ domine. aña. Tu es deus. aña. ps

Uoce mea ad dominuȝ clamaui: voce mea ad dñz et intendit mihi. In die tribulatõis mee deum exquisiui mani

bus meis: nocte contra eum et
non sum deceptus. Renuit cō
solari anima mea: memor fui dei
et delectatus sum: et exercitatus
sum et defecit spiritus me⁹. An
ticipauerunt vigilias oculi mei:
turbatus sum ꝛ non sum locut⁹
Cogitaui dies ātiquos: et an
nos eternos ī mēte habui. Et
meditat⁹ sū nocte cū corde meo:
et exercitabar et scopebā spūm
meum. Nunquid in eternum
proiiciet deus: aut nō apponet
vt cū placitior sit adhuc. Aut
in finē misericordiā suam absci
det: a generatione in genera
tionem. Aut obliuiscetur mi
sereri deus: aut continebit in
ira sua misericordias suas. Et
dixi nūc cepi: hec mutatio dexte
re excelsi. Memor fui operum
domini: quia memor ero ab ini
tio mirabilium tuorum. Et m̄
ditabor in omnibus opibus tuis
et in adinuētionibus tuis exer
cebor. Deus in sancto via tua
quis magnus sicut deus noster.
tu es deus qui facis mirabilia.
Notam fecisti in populis virtu
tem tuam: redemisti in brachio
tuo populū tuū filios iacob et io
seph. Viderūt te aq̄ deus vide
rūt te aq̄: ꝛ timuerūt ꝛ turbate
sūt abissi. Multitudo sonitus a
quarum: vocē dederunt nubes. Et
enim sagitte tue transeunt: vox
tonitrui tui in rota. Illuxerūt
coruscationes tue orbi terre: cō
mota ē ꝛ cōtremuit terra. In
mari via tua et semitte tue in a
quis multis: et vestigia tua nō
cognoscentur. Deduxisti sicut
oues populū tuū in manu moysi
et aaron. psalmus dauid.
Attendite popule me⁹ legē
meam: inclinate aurem
vestram in verba oris mei. A
periam in parabolis os meum: lo
quar propositiones ab initio.
Quanta audiuimus et cogno
uimus ea: ꝛ patres nostri annū
ciauerunt nobis. Non sunt oc
cultata a filiis eorum in genera
tione altera. Narrantes lau
des domini et virtutes eius: ꝛ
mirabilia eius q̄ fecit. Et susci
tauit testimonium in iacob: et
legem posuit in israel. Quan
ta mādauit patrib⁹ nr̄is nota fa
cere ea filiis suis: vt cognoscat
generatio altera. Filii q̄ nascē
tur et exurgent: et narrabūt fi

lijs suis. Ut ponant in deo
spem suam: et non obliuiscant
operum dei, et mandata ei⁹ ex
quirant. Neficiat sicut patres
eorum: generatio praua et ex
asperans. Generatio que non
direxit cor suum: et non est credi
tus cum deo spiritus eius. Fi
lii effrem intendentes et mittē
tes arcum: conuersi sunt in die
belli. Non custodierunt testa
mentum dei: et in lege eius no
luerunt ambulare. Et obliti
sunt benefactorum eius: et mirabi
lium eius que ostendit eis. Co
ram patribus eorum fecit mirabili
a in terra egipti i campo taneos
Interrupit mare et perduxit
eos et statuit aquas quasi in v
tre. Et deduxit eos i nube di
ei: et tota nocte in illuminatio
ne ignis. Interrupit petram
in heremo: et adaquauit eos vel
ut i abisso multa. Et eduxit a
quam de petra: et deduxit eos
tanquam flumina aquas. Et
apposuerūt adhuc peccare ei in
ira: concitauerunt excelsum in
inaquoso. Et temptauerunt de
um i cordibus suis: vt peterēt
escas animabus suis. Et ma
le locuti sūt de deo dixerunt nū
quid poterit deus parare mēsam
in deserto. Quoniam percussit
petram et fluxerūt aque: et torrē
tes inundauerunt. Nunquid
et panem poterit dare: aut pa
rare mensā populo suo. Ideo
audiuit dominus et distulit: et
ignis accensus est in iacob: et
ira dei ascendit i israel. Quia
non crediderunt deo: nec sperā
uerunt in salutari ei⁹. Et man
dauit nubib⁹ de sup: et ianuas
celi aperuit. Et pluit illis māna
ad mādūcādū: panē celi dedit e
is. Panē angelorum mādūcauit
hō cibaria misit eis i abūdātia
Transtulit austrum de celo: et
induxit in virtute sua affricum.
Et pluit sup eos sicut puluerem
carnes: et sicut arenam maris
volatilia pennata. Et cecide
runt in medio castrorum eorum: circa
tabernacula eorum. Et mandu
cauerūt et saturati sūt nimis: et
desiderium eorū attulit eis non
sūt fraudati a desiderio suo. Ad
huc esce eorum erant in ore ipsorum
et ira dei ascendit sup eos. Et
occidit pingues eorum: et electos is
rael impediuit. In omnibus

his peccauerũt adhuc: et nõ cre
diderũt in mirabilib⁹ eius. E t
defecerũt in vanitate dies eoꝝ:
et anni eoruꝫ cum festinatione.
C um occideret eos querebant
euꝫ et reuertebantur: et dilucu
lo veniebant ad euꝫ. E t reme
morati sunt quia de⁹ adiutor est
eorũ: et deus excelsus redẽptor
eorum est. E t dilexerunt eum
in ore suo: et lingua sua mẽtiti
sunt ei. C or aũt eorum non e
rat rectum cum eo: nec fideles
habiti sunt in testamento eius.
I pse autem est misericors et
propicius fiet peccatis eorum:
et non disperdet eos. E t abũ
dauit vt auerteret iram suam:
et non accendit omnẽ iram suã
E t recordat⁹ est quia caro sũt:
spiritus vadens et non rediẽs.
Q uotiens exacerbauerunt eũ
in deserto: in iram concitauerũt
eum in inaquoso. E t conuersi
sunt et temptauerunt deum: et
sanctum israel exacerbauerũt:
N on sunt recordati man⁹ ei⁹:
die qua redemit eos de manu tri
bulantis. S ic posuit in egipto
signa sua: et prodigia sua in cã
potaneos. E t conuertit in san
guineꝫ flumina eorũ: et imbres
eorũ ne biberent. M isit in eos
cinomiam et comedit eos: et ra
nam et disperdidit. E t dedit e
rugini fructus eoruꝫ: et labores
eoꝝ locuste. E t occidit in gran
dine vineas eoruꝫ: et moros eo
rum in pruina. E t tradidit grã
dini iumenta eorum: et possessio
nem eorum igni. M isit in eos
iram indignatiõis sue: indigna
tionem et iraꝫ et tribulationeꝫ i
missiones per angelos malos.
V iam fecit semite ire tue: et
non pepcit a morte animaꝫ eo
rum et iumenta eorum in mor
tẽ conclusit. E t percussit omẽ
primogenitum in terra egipti:
primitias omis laboris eorum in
tabernaclis cham. E t abstulit
sicut oues populum suũ: et perduxit
eos tanquam gregẽ in deserto. E t
deduxit eos in spe et non timue
runt: et inimicos eorum operuit
mare. E t induxit eos i mõteꝫ
sanctificatõis sue: mõtẽ quẽ ad
quisiuit dextera ei⁹. E t deiecit a
facie eoꝝ gẽtes: et sorte diuisit
eis terrã i funiclo distributõis.
E t habitarẽ fecit i tabernaclis
eoꝝ tribus isrl. E t tẽptauerũt

et exacerbauerūt deū excelsuz: et testimōia eius nō custodierūt; E t auerterunt se et non serua uerunt pacta: quemadmodum patres eoruz conuersi sunt in ar cum prauum. I n iram conci tauerunt eum in collibus suis: et in sculptilibus suis ad emula tionē eum prouocauerunt. A u diuit deus et spreuit: et ad nihi luz redegit valde israel E t re pulit tabernaculū silo: taberna culum suum vbi habitauit i ho minibus. E t tradidit in capti uitatez virtutem eorum; et pul critudinez eorum in manus ini mici. E t cōclusit in gladio po pulum suum: et hereditatez suā spreuit. I uuenes eoruz come dit ignis: et virgines eorū non sunt lamentate. S acerdotes eorum in gladio ceciderunt: et vidue eorum non plorabuntur. E t excitat⁹ est tanq̄ dormiēs domin⁹: tanq̄ potens crapulat⁹ a vino. E t percussit inimicos suos i posteriora: opprobriū sem piternum dedit illis. E t repu lit tabernaculū ioseph; et tribū effraym non elegit. S ed ele git tribum iuda: montem syon quem dilexit. E t edificauit si cut vnicorniuz sanctificiū suū: in terra quam fundauit in secula. E t elegit dauid seruū suum: et sustulit eum de gregibus ouium: et depost fetantes accepit eum. P ascere iacob seruum suū: et isrl' hereditatē suam E t pauit eos in innocentia cordis; et in telligētib⁹ manuū deduxit eos an. T u es deus qui facis mirabi lia. an. P ropicius. euouae.

psalmus dauid

D eus venerunt gentes in hereditatez tuam pollue runt templum sanctum tuum: posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. P osuerunt morti cinia seruorum tuorum: escas volatilibus celi carnes sanctorum tuorū bestijs terre. E ffuderūt saguinem eorum tanq̄ aquam in circuitu hierusalez: et nō erat qui sepeliret F acti sumus oppbriū vicinis nostris: subsānatio et illusio his q̄ i circuitu nr̄o sūt V squequo dn̄e irasceris i finē: accēdet velut ignis zelus tuus E ffunde iraz tuam in gentes q̄ te nō nouerunt; et in regna q̄ nomen tuum non inuocauerunt

Quia comederunt iacob: et lo
cum eius desolauerũt. Ne me
mineris iniquitatũ nr̃aꝝ anti
quaꝝ cito ãticipẽt nos mie tue;
quia paupes facti sum⁹ nimis.
Adiuua nos de⁹ salutaris nr̃:
ꝛ ꝓpter gl̃iam nois tui dñe libe
ra nos: et ꝓpici⁹ esto pccis nr̃is
ꝓpter nomen tuũ. Ne forte di
cant in gentib⁹ vbi est de⁹ eoꝝ:
ꝛ innotescat in nationib⁹ coraꝫ
oculis nr̃is. Ultio sanguinis
seruoꝝ tuoꝝ q̃ effusus est: introeat
in cõspectu tuo gemit⁹ compedi
toꝝ. Scdm magnitudiem bra
chij tui: posside filios mortifica
torũ. Et redde vicinis nostris
septuplũ in sinu eorũ impperiuꝫ
ipoꝝ: qð exprobrauerũt tibi dñe
Nos aũt populus tu⁹ et oues
pascue tue: cõfitebimur tibi i se
culuꝫ. In generatione et ge
neratione: annũciabim⁹ laudeꝫ
tuam.

psalmus dauid

Qui regis israel intende:
qui deducis velut ouem
ioseph. Qui sedes sup cherubi
manifestare corã effrayꝫ benia
min et menasse. Excita poten
tiam tuaꝫ et veni: vt saluos fa
cias nos. Deus cõuerte nos;
et ostende faciem tuam et salui
erim⁹. Domine deus virtutum
quousqꝫ irasceris sup orõneꝫ ser
ui tui. Cibabis nos pane lacri
marum: et potũ dabis nobis in
lacrimis in mensura. Posuisti
in cõtradictionẽ vicinis nr̃is: ꝛ
inimici nr̃i subsãnauerunt nos.
Deus vtutũ cõuerte nos: et
ostende faciẽ tuã et salui erim⁹
Vineã de egipto transtulisti:
eiecisti gẽtes et plantasti eam.
Dux itineris fuisti in cõspectu
eius: et plantasti radices eius
et impleuit terrã. Operuit mon
tes vmbra ei⁹: et arbusta eius
cedros dei. Extẽdit palmites
suos vsqꝫ ad mare: ꝛ vsqꝫ ad flu
men propagines eius. Ut qd
destruxisti maceriã eius: et vin
demiant oĩs q̃ pretergrediũtur
viam. Exterminauit eã aper
de silua: et singularis ferus de
pastus est eam. Deus virtutũ
conuertere: respice de celo et vi
de et visita vineã istã. Et pfi
ce eã q̃m plãtauit dextera tua:
ꝛ sup filiũ hoĩs quẽ cõfirmasti ti
bi. Incẽsa igni et suffossa ab
icrepatõe vult⁹ tui pibũt. Fiat
man⁹ tua sup virũ dextere tue:

et sup filiū hominis qnez confir
masti tibi. Et nō discedim⁹ a
te viuificabis nos: et nomē tu
um inuocabim⁹ Domine deus
ṽtutū cōuerte nos: ⁊ ostende fa
ciez tuā et salui erim⁹. añ Pro
picius esto peccatis nostris domie.

psalmus dauid

Domine refugium factus
es nobis: a generatione
et generationem. Priusq̄ mō
tes fierent aut formaret terra:
⁊ orbis a seculo et vsq; in sclm
tu es deus. Ne auertas homi
nez in humilitatez; et dixisti cō
uertimini filij hoīum. Quoniā
mille anni āte oculos tuos: tā
q̄ dies externa q̄ ṗterijt Et cu
stodiaz in nocte: que pro nihilo
habent eorū anni erunt. Ma
ne sicut herba trāseat mane flo
reat: et trāseat vespere decidat
induret et arescat. Quia defi
cim⁹ in ira tua: et in furore tuo
turbati sumus. Posuisti iniq̄
tates nostras in conspectu tuo:
scōm nostrū i illūinatiōe vultus
tui. Quoniam omnes dies nr̄i
defecerūt: et in ira tua defecim⁹
Anni nr̄i sicut aranea medita
būt; dies annoꝝ nr̄oꝝ in ipis
septuaginta anni. Si aūt in
potentatibus octogīta anni: et
āplius eoꝝ labor et dolor Quo
niam supuenit māsuetudo: et
corripiem⁹. Quis nouit potesta
tez ire tue: ⁊ pre timore tuo irā
tuam dinumeraret Dexteraz
tuam sic notaz fac: et eruditos
corde in sapientia. Conuer
tere domine vsquequo: et depca
bilis esto sup seruos tuos. Re
pleti sumus mane mia tua exul
tauim⁹: ⁊ delectati sumus in oī
bus dieb⁹ nr̄is Letati sumus
pro dieb⁹ q̄bus nos humiliasti;
annis quibus vidimus mala.
Respice in seruos et in opera
tua: et dirige filios eorum. Et
sit splendor domini dei nostri sup
nos: et opus manuū nostrarum
dirige sup nos et opa manuum
nostraruz dirige. añ. Tibi soli
peccaui domie ⁊ miserere mei. evo
vae. p̄ Miserere añ. Domine re
fugiūm factus es nobis. p̄ In pm
añ. vt supra añ. In matutinis
domie meditabor i te quia fuisti ad
iutor me⁹. p̄ Deus de⁹. evovae.
añ. In eternum. Canticum
Cantem⁹ dño gloriose eni
honorificatus est: equum
⁊ ascensorem proiecit in mare.
Fortitudo mea et laus mā do

sonuerunt: et qui oderunt te ex
tulerunt caput. Sup popl'm
tuum malignauerunt consiliũ:
et cogitauerunt aduersus scõs
tuos. Dixerunt venite et disp
damus eos de gente: ⁊ non me
moret nomẽ israel vltra. Qm̃
cogitauerũt vnanimiter simul:
aduersus te testamentum dispo
suerunt tabernacula ydumeorũ
⁊ ysmaelite Moab ⁊ agarem
gebal et amon et amalech: a
lienigene cum habitantibus ty
rum. Etenim assur venit cũ
illis. Facti sunt in adiutoriũ
filijs loth. Fac illis sicut ma
dian et cyzare: sicut iabin i tor
rente cison. Disperierunt in en
dor: facti sunt vt stercus terre.
Pone pncipes eorum sic oreb
zeb zebee et salmana. Omẽs
pncipes eorum qui dixerunt he
reditate possideamus scũarium
dei. Deus meus pone illos vt
rotã: et sic stipulam ante faciẽ
venti. Sicut ignis qui combu
rit siluã: et sic flãma comburẽs
mõtes. Ita psequeris illos in
tẽpestate tua: et in ira tua con
turbabis eos. Imple facies
eorum ignominia: et qrent no
men tuũ dñe. Erubescant et
conturbent in sclm scli: ⁊ confũ
dant et peant. Et cognoscãt
quia nomen tibi dñs: tu solus
altissimus in omni terra.

psalmus dauid

Quam dilecta tabernacula
tua domine virtutũ: cõ
cupiscit et defecit anima mea i
atria domini. Cor meum et
caro mea: exultauerunt in deũ
viuũ. Etenim passer inuenit si
bi domũ: et turtur nidũ vbi re
ponat pullos suos. Altaria tu
a dñe virtutũ: rex meus et de⁹
meus. Beati qui habitant in
domo tua: in scla sclorũ lauda
bũt te. Beatus vir cuius est
auxiliũ abs te: ascensiones in
corde suo disposuit: i valle lacri
marum in loco quẽ posuit. Et
enim benedictionẽ dabit legis
lator: ibunt de virtute in virtu
tem videbitur deus deorum in
syon. Domine deus virtutum
exaudi orationem meam: auri
bus percipe deus iacob. Pro
tector nr̃ aspice deus: et respice
in faciem christi tui. Quia me
lior est dies vna: in atrijs tuis
super milia. Elegi abiectus

esse in domo dei mei : magis q̄
habitare in tabernaculis pecca
torum. Quia miam et verita
tem diligit deus: gratiā et glo
riam dabit dn̄s. Non priua
bit bōis eoꝝ q̄ ambulāt in inno
centia: dn̄e virtutum beatus ho
mo qui sperat in te. an̄. Tu so
lus altissimus super oēm terrā. an̄
Benedixisti. psalmus dd.

Benedixisti dn̄e terrā tuā:
auertisti captiuitatez ia
cob. Remisisti iniquitatē ple
bis tue; operuisti omnia pecca
ta eorum. Mitigasti oēm iraz
tuam: auertisti ab ira indigna
tionis tue. Conuerte nos deꝰ
salutaris nr̄: et auerte iraz tuā
a nobis. Nunquid in eternuz
irasceris nobis: aut extendes
iram tuaz a generatione in ge
nerationez. Deus tu conuer
sus viuificabis nos; et plebs tu
a letabit in te. Ostende nobis
dn̄e miaz tuam: et salutare tuū
da nobis. Audiā quid loquat
in me dn̄s deꝰ: q̄m loq̄tur pacez
in plebē suaz. Et sup sanctos
suos; et i eos q̄ conuertūtur ad
cor. Verūtn̄ ppe timentes eū

salutare ipsius: vt inhītet glīa i
terra nr̄a. Misericordia et ve
ritas obuiauerūt sibi; iusticia ⁊
pax osculate sunt. Veritas de
terra orta est: et iusticia de celo
pspexit. Etenim dn̄s deꝰ dabit
benignitatez; et terra nostra da
bit fructū suū. Iusticia āte eū
ābulabit; et ponet i via gressus
suos.

psalmus dauid.

Inclina dn̄e aurez tuā et
exaudi me: q̄m inops et
paup sum ego. Custodi aīaz
meā q̄m sanctꝰ sum: saluuz fac
seruū tuū deꝰ meus sperantē in
te. Miserere mei dn̄e q̄m ad te
clamaui tota die: letifica aīam
serui tui: q̄m ad te dn̄e aīam
meā leuaui. Quoniā tu dn̄e
suauis et mitis: et multe miseri
cordie in omnibꝰ inuocantibꝰ te
Auribꝰ percipe domie orōnem
meā: et intende voci depcatōis
mee. In die tribulatōis mee cla
maui ad te: q2 exaudisti me. Nō
est similis tui in diis dn̄e: ⁊ non
est scd̄m opa tua. Omnes gē
tes quascūq3 tu fecisti, venient ⁊
adorabūt corā te dn̄e; et glorifi

tabuũt nomẽ tuũ. Quoniã ma
gnus es tu ⁊ faciẽs mirabilia:
tu es deus solus. Deduc me
domine in via tua ⁊ ingrediar i
veritate tua: letet cor meũ vt ti
meat nomen tuũ. Confitebor
tibi domīe de⁹ me⁹ in toto corde
meo: et glorificabo nomen tuuz
in eternũ. Quia mia tua ma
gna est super me: ⁊ eruisti aiaz
meã ex inferno inferiori. De
us iniqui insurrexerũt sup me:
⁊ synagoga potentiũ quesierũt
aiam meã: et nõ pposuerunt te
in conspectu suo. Et tu domīe
de⁹ miserator et misericors: pa
tiẽs et multe misericordie et ve
rax. Respice in me et misere
re mei: da imperium puero tuo ⁊
saluũ fac filiũ ancille tue Fac
mecũ signuz in bonũ vt videãt
qui oderunt me et confundant:
qm̃ tu domīe adiuuisti me et cõ
solatus es me. an. Benedixisti
domīe terrã tuã. an. Fundamen
ta. amen. psalmus dauid.

Fundamẽta ei⁹ in mõtib⁹
sanctis: diligit dominus
portas syon sup oia tabernacu
la iacob. Gloriosa dicta sunt
de te: ciuitas dei. Memor erõ
raab ⁊ babilonis scientium me
Ecce alienigene et tyrus et
populus ethiopũ: hi fuerũt illic
Nunquid syon dicet homo: et
homo natus est in ea ⁊ ipse fũda
uit eã altissim⁹. Domin⁹ nar
rabit in scripturis populorũ: et
pncipũ hoꝝ q̃ fuerũt in ea Sic
letãtiũ oiuz hitatio ē in te.
psalmus dauid.

Domine de⁹ salutis mẽ: i
die clamaui ⁊ nocte corã
te. Intret in conspectu tuo o
ratio mea: inclina aurẽ tuã ad
pcez meã Quia repleta ē ma
lis aia mã: ⁊ vita mea in infer
no appꝓinquit Estimat⁹ sũ cũ
descẽdentib⁹ in lacuz factus suz
sic hõ sine adiutorio inter mortu
os liber. Sicut vulnerati dor
mientes in sepulchris quorum
nõ est memor amplius: et ipi de
manu tua repulsi sunt. Posue
rũt me in lacu inferiori: in tene
bris et in vmbra mortis. Su
per me confirmatus est furor tu
us: et omnes fluctus tuos indu
xisti sup m̃ Lõge fecisti notos
mos a m̃: posuerũt m̃ abõinatõ

nem sibi. T raditus sum et nõ egrediebar: oculi mei lãguerũt pre inopia. C lamaui ad te do mine: tota die expãdi ad te ma nus meas. N unquid mortuis facies mirabilia: aut mẽdici suscitabunt et confitebuntur tibi. N unquid narrabit aliqs in sepulcro miam tuam: et veritatẽ tuam in perditionez. N unqd cognoscent in tenebris mirabilia tua: et iusticia tua in terra obliuiõis. E go ad te dñe clamaui: et mane orõ mẽa pueniet te. U t quid domine repellis orationem meam: auertis faciẽ tuam a me. P aup sum ego in laboribus a iuuentute mea: exaltatus aũt humiliatus sum et conturbatus. I n me trãsierunt ire tue: et terrores tui conturbauerunt me. C ircũdederũt me sic aqua tota die: circũdederunt me simul. E longasti a me amicũ meum ⁊ pximũ: et notos mõs amiseria. an. F ũdamenta eius in montibus sanctis. rñ. B enedictus. ps. 88.

M isericordias domini: in eternum cantabo. I n generatiõe. et generatione: annunciabo veritatem tuam in ore meo. Q uoniã dixisti in eternum misericordia edificabitur i celis: pparabitur veritas tua in eis. D isposui testamentum electis meis: iuraui dd seruo meo vsqz in eternuz preparabo semen tuum. E dificabo in generatione ⁊ generatiõem sedem tuam. C onfitebuntur celi mirabilia tua domie: etenim veritatez tuam in ecclesia sanctorum. Q uoniam quis in nubib⁹ equabitur dño: similis erit dño in filijs dei. D eus qui glorificatur in consilio sanctorum: magnus ⁊ terribilis super oẽs qui in circuitu eius sunt. D omine deus virtutum quis similis tibi: potẽs es domine ⁊ veritas tua in circuitu tuo. T u dominaris potestati maris: motum autem fluctuuz eius tu mitigas. T u humiliasti sicut vulneratũ supbũ: in brachio ṽtutis tue dispersisti inimicos tuos. T ui sunt celi et tua est terra: orbez terre et plenitudinez eius tu fũdasti aquilonez et mare tu creasti. T habor ⁊ hermõ i noie tuo exultabũt tuũ brachiũ cũ potẽ

tia. F irmet manus tua et exal tet dextera tua: iusticia et iudi cium pparatio sedis tue. M ise ricordia et veritas pcedent faciem tuam: beatus populus qui scit iubi lationem. D omine in lumine vul tus tui ambulabunt: et in nomine tuo exaltabunt tota die: et in iu sticia tua exultabunt. Q uoniam gloria virtutis eorum tu es: et in bene placito tuo exaltabitur cornu nostrum Q uia dominus est assumptio no stra: et sancti israel regis nostri. T unc locutus es in visione san ctis tuis: et dixisti posui adiuto rium in potente et exaltavi electum de plebe mea. I nveni david servum meum: oleo sancto meo unxi eum. M anus enim mea auxi liabitur ei: et brachium meum confir mabit eum. N ihil proficiet inimi cus in eo: et filius iniquitatis non apponet nocere ei. E t concidam a facie ipsius inimicos eius: et odientes eum in fugam convertam E t veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. E t ponam in ma ri manum eius: et in fluminibus dexte ram eius. I pse invocavit me pater meus es tu: deus meus et

susceptor salutis mee. E t ego primogenitum ponam illum: excelsum pre regibus terre. I n eternum serva bo illi misericordiam meam: et testamentum meum fidele ipsi. E t ponam in se culum seculi semen eius: et tronum eius sicut dies celi. S i autem dereliquerint filii eius legem meam et in iudiciis meis non ambulaverint S i iusticias meas prophanaverint: et mandata mea non custo dierint. V isitabo in virga iniqta tes eorum: et in verberibus peccata eo rum. M isericordiam autem meam non dispergam ab eo: neque nocebo in veritate mea. N eque prophanabo testamentum meum: et que procedunt de labiis meis non faciam irrita. S emel iuravi in sancto meo: si david men tiar semen eius in eternum manebit E t thronus eius sicut sol in conspe ctu meo: et sicut luna perfecta in eter num et testis in celo fidelis. T u vero repulisti et despexisti: distuli sti christum tuum. A vertisti testa mentum servi tui: prophanasti in ter ra sanctuarium eius. D estruxisti omnes sepes eius: posuisti firmamentum eius formidinem. D iripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est oppro brium vicinis suis. E xaltasti

dexterã deprimentiũ euz ; letificasti oĩs inimicos eius. Auertisti adiutoriũ gladij eius : et non es auxiliatus ei in bello. Destruxisti eum ab emũdatione: et sedẽ eius in terra collisisti. Minorasti dies tẽporis eius : pfudisti eũ cõfusione. Usquequo dñe auertis in finẽ: exardescet sicut ignis ira tua. Memorare que mea substãtia: nunqd enim vane cõstituisti oĩs filios hoĩum. Quis est homo q̃ viuet et non videbit mortez: eruet aĩam suã de manu inferni. Ubi sunt misericordie tue ãtique dñe : sicut iurasti dd in veritate tua. Memor esto dñe opprobrij seruorũ tuorũ: qd continui in sinu meo multarũ gẽtiũ. Quod exprobauerũt inimici tui dñe; qd exprobauerũt cõmutationez christi tui. Benedictus dñs in eternũ fiat fiat.

Domine refugium ps dd.

Qui habitat i adiutorio altissimi; i protectiõe dei celi cõmorabit. Dicet dño susceptor meus es tu: et refugiũ meum deus meus spabo in eum. Quoniam ipe liberauit me de laqo venãtiũ; et averbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pennis eius spabis. Scuto circũdabit te veritas eius: nõ timebis a timore nocturno. A sagitta volante in die a negocio pambulãte i tenebris: ab incursu et demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis: ad te aũt non appropinquabit. Uerũtamen oculis tuis considerabis: et retributionem pccõꝝ videbis. Quoniam tu es dñe spes mea: altissimum posuisti refugium tuum. Non accedet ad te malum; et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam angelis tuis mãdauit de te : vt custodiant te in oĩbus vijs tuis. In manib⁹ portabunt te; ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidẽ et basilicuz ambulabis: et cõculcabis leonem et draconem. Quoniam in me spauit liberabo eum: ptegam euz qm cognouit nomen meum. Clamauit ad me et ego exaudiam eum cum ipo sum in tribulatione: eripiam eum et glorificabo eum. Longitudinem dierum

replebo eum: et ostendam illi sa
lutare meum. | psalm⁹ xx.

Bonuz est confiteri in dño:
et psallere nomini tuo al
tissime. Ad annunciandũ ma
ne miam tuam: et veritatem tu
am p noctem. In decacordo
psalterio: cum cantico in cytha
ra. Quia delectasti me i factu
ra tua: et in operibus manuum
tuarum exultabo. Quam ma
gnificata sũt opera tua domie:
nimis profunde facte sunt cogi
tationes tue. Uir insipiens nõ
cognoscet: et stult⁹ nõ intelliget
hec. Cum exorti fuerint pcco
res sicut fenum: et apparuerint
omẽs qui operantur iniquitatẽ
Ut intereant in seclm seculi:
tu autem altissimus in eternuz
domine. Quoniam ecce inimi
ci tui domie: quoniam ecce ini
mici tui peribunt: et dispergent
omnes qui operãtur iniquitatẽ.
Et exaltabit sicut vnicornix
cornu meũ: et senectus mea in
misericordia vberi. Et despe
xit oculus me⁹ inimicos meos:
et insurgẽtibus in me malignã
tibus audiet auris mea. Iust⁹
vt palma florebit: sicut cedrus
libãni multiplicabitur. Planta
ti in domo dñi: in atriis domus
dei nostri florebũt. Adhuc mul
tiplicabuntur in senecta vberi:
et bene patiẽtes erunt vt annũ
cient. Quoniaz rectus domin⁹
deus noster: et non est iniquitas
in eo. psalmus dauid.

Dominus regnauit decorẽ
indutus est: indutus est
domin⁹ fortitudinem et pcinxit
se. Etenim firmabit orbez ter
re: qui nõ cõmouebitur. Para
ta sedes tua deus extunc: a se
culo tu es. Eleuauerunt flu
mina domine: eleuauerunt flu
mina vocem suam. Eleuaue
runt flumina fluctus suos: a vo
cibus aquarum multaruz. Mi
rabiles elationes maris: mira
bilis in altis dominus. Testi
mõia tua credibilia facta sũt ni
mis: domum tuam decet sancti
tudo dñe in longitudinẽ diez.

psalmus dauid

Deus vltionũ domin⁹: de⁹
vltionũ libere egit. Ex
altare qui iudicas terraz: redde
retributionem superbis. Usqz
quo domine peccatores: vsque
quo peccatores gloriabuntur.

Effabunt et loqnt iniqtatez: lo
qntur oms q operant iniusticiā
Populū tuū domie humiliaue
runt: et hereditatē tuā vexaue
runt. Viduam et aduenā in
te: fecerūt: ꝛ pupillos occiderūt
Et dixerūt non videbit dñs:
nec intelliget deus iacob Jn
telligite insipientes in populo:
et stulti aliqñ sapite. Qui plā
tauit aurez nō audiet: aut qui
finxit oculū nō cōsiderat. Qui
corripit gentes non arguet: qui
docet hominem sciam. Dñs
scit cogitatōnes hoīum: quoni
am vane sunt. Beatus homo
quem tu erudieris domine: et
de lege tua docueris eum Et
mitiges ei a diebus malis: do
nec fodiatur peccatori fouea.
Quia non repellet domin⁹ ple
bem suā: et hereditatem suam
non derelinqt. Quoadusq3 iu
sticia conuertatur in iudiciū: ꝛ
qui iuxta illam oms q recto sūt
corde. Quis cōsurget mihi ad
uersus malignantes: aut qs sta
bit mecū aduersus opantes ini
qtatē Nisi qz dñs adiuuit m:
paulominꝰ hitasset in inferno a
nima mā. Si dicebā motus
est pes meꝰ: mīa tua domie ad
iuuabat me Scdm multitudi
nez dolorū meorū in corde mō:
consolatiōes tue letificauerūt a
nimā meā. Nunqd adheret ti
bi sedes iniqtatis: q fingis dolo
rem in pcepto. Captabūt in
animā iusti: et sanguinez inno
centem condēnabunt. Et est
mihi dominꝰ in refugiū: et deus
meꝰ in adiutoriuz spei me. Et
reddet illis iniqtatez ipoꝝ et in
malicia eoꝝ dispdet eos: disper
det illos dominꝰ deꝰ nr. aā Be
nedictus dominꝰ in eternū. ps.
Venite exultemꝰ domio: iu
bilemꝰ deo salutari nro.
Preoccupemꝰ faciez eius i cō
fessione: et in psalmis iubilemꝰ
ei. Quoniaz deus magnus do
minꝰ: et rex magnꝰ super oms
deos. Quia in manu eius sūt
oms fines terre: et altitudines
montiū ipius sunt. Quoniam
ipiꝰ est mare et ipe fecit illud: ꝛ
siccam manus eiꝰ formauerunt
Venite adoremꝰ et pcidamꝰ:
ploremꝰ āte dominū q fecit nos
qz ipe ē deꝰ nr. Et nos populꝰ
pascue eius ꝛ oues manus eiꝰ:
hodie si vocē eiꝰ audieritis noli

te obdurare corda vr̄a. Sicut in irritatione scōm diez teptatio nis in deserto vbi temptauerūt me patres vri: probauerunt et viderunt opera mea. Quadra ginta ānis offensus fui genera tioni illi: et dixi semꝑ hi errant corde. Et isti non cognouerūt vias m̄as: vt iuraui in ira m̄a si intrabunt in requiem meam an̄ Benedictus dominus in eter num. an̄. Cantate domio. ps

Cantate domio canticum nouum: cantate domio omīs terra. Cantate domio et benedicite nomini ei⁹: annū ciate de die in diem salutare ei⁹ Annunciate inter gentes glo riam eius: in omnibus populis mirabilia eius. Quoniaȝ ma gnus dominus et laudabilis ni mis: terribilis super om̄s deos Quoniam omnes dij gentium demonia: dominus auteȝ celos fecit. Confessio et pulcritudo in conspectu eius: sanctimonia et magnificētia in sanctificatio ne eius Afferte domio patrie gentium afferte domino gl̄iam et honorem: afferte domino glo riam nomini eius Tollite ho stias et introite in atria eius: a dorate dominū in atrio scō eius Commoueatur a facie eius v niuersa terra: dicite in gentibus qꝛ dominus regnauit. Eteniȝ correxit orbem qui non cōmoue bitur: iudicabit populos in equi tate. Letentur celi et exultet terra cōmoueatur mare ꝛ pleni tudo eius: gaudebunt campi et omnia que in eis sunt. Tunc exultabunt omnia ligna siluaꝝ a facie domini quia venit: quo niam venit iudicare terrā Iu dicabit orbem terre i equitate: et populos in veritate sua.

psalmus dauid.

Dominus r̄gnauit exultet terra: letētur insule mul te. Nubes et caligo in circui tu: iusticia et iudiciuȝ correctio sedis eius. Ignis ante ip̄m precedet: et inflammabit in cir cuitu inimicos eius. Illuxe runt fulgura eius orbi terre: vi dit et cōmota est terra. Mon tes sicut cera fluxerunt a facie domini: a facie domini omnis terra. Annunciauerunt celi iu sticiam eius et viderunt omnes populi gloriam eius. Confū

dant omnes qui adorant sculpti
lia : et qui gloriantur in simula
cris suis. A dorate eum omnes
angeli eius : audiuit et letata est
syon. E t exultauerunt filie iu
de : propter iudicia tua domine
Q uoniam tu dominus altissimus
super omnem terram : nimis exal
tatus es super omnes deos. Q ui
diligitis dominum odite malum :
custodit animas sanctorum suo
rum de manu peccatoris libera
bit eos. L ux orta est iusto : et
rectis corde leticia. L etami
ni iusti in domino : et confitemini me
morie sanctificationis eius. añ
C antate domino et benedicite no
mini eius añ D irigatur oratio mea.
I nitaciitus añ S piritu prin
cipali confirma cor meum deus p M ise
rere. euouae añ I n veritate tua
exaudi me domine p. D omine exaudi
orationem meam auxilium. amen. añ. I llu
mina domine vultum tuum super nos
p. D eus deus. añ. A uditum
euouae. C ant.

D omine audiui auditionem
tuam : et timui. D omi
ne opus tuum in medio annorum
tuorum viuifica illud. I n me
dio annorum notum facies : cum ira
tus fueris misericordie recorda
beris D eus ab austro veniet :
et sanctus de monte pharan. O
peruit celos gloria eius : et lau
dis eius plena est terra. S plen
dor eius vt lux erit : cornua in
manibus eius. I bi abscondi
ta est fortitudo eius : ante faciem
eius ibit mors E gredietur dia
bolus ante pedes eius : stetit et
mensus est terram A spexit et
dissoluit gentes : et contriti sunt
montes seculi I ncuruati sunt
colles mundi : ab itineribus e
ternitatis eius. P ro iniquita
te vidi tentoria ethiopie : turba
bunt pelles terre madian N um
quid in fluminibus iratus est do
minus aut in fluminibus furor
tuus : vel in mari indignatio tua
Q ui ascendis super equos tuos :
et quadrige tue saluatio S usci
tans suscitabis arcum tuum : iura
menta tribubus que locutus es :
F luuios scindes terre : vide
runt te montes et doluerunt gurges
aquarum transijt. D edit abis
sus vocem suam : altitudo manus
suas leuabit. S ol et luna ste
terunt in habitaculo suo : in luce sa
gittarum tuarum ibunt in splendore ful

guratis haste tue. In fremitu côculcabis terrā: i furor̄ obtupe facies gentes Egressus es in salutem populi tui: in salutem cum christo tuo Percussisti caput de domo impij: denudasti fū damētū vsq3 ad collū. Male dixisti sceptris ei⁹: capiti bellatorū ei⁹ venientib⁹ vt turbo ad dispgendū me Exultatio eor̄: sic ei⁹ q̄ deuorat paupe3 i abscō dito. Viā3 fecisti in mari eqs tuis: i luto aquar̄ multar̄ Audiui et côturbat⁹ est venter meus: a voce côtremuerunt labia mea. Ingrediat̄ putredo in ossib⁹ meis: ꝛ subter me scateat Vt requiescam in die tribulationis: et ascendā ad populū accinctum nr̄m. Ficus enim nō florebit: ꝛ nō erit germen in vineis. Mentiet̄ opus oliue: et arua non afferent cibum. Abscidet̄ de ouili pecus: et nō erit armentū in p̄sepibus. Ego aūt in dn̄o gaudebo: et exultabo in deo iesu meo. Deus dn̄s fortitudo est mea: et ponet pedes meos q̄si ceruor̄ Et sup excelsa mea: deducet me victor in psalmis canentē3. an̄. Audiui

tuum domine audiui et timui. an̄. In scis ei⁹ laudate do. ℟ Laudā an̄. Per viscera mie dei nostri visitauit nos oriēs ex alto. euouae. Sabbato. inuitatorium. Dominū deū nostrū. Venite adorem⁹. ℟. Venite. an̄. Quia mira. ps

Cantate domino canticū nouū: q2 mirabilia fecit. Saluauit sibi dexteram ei⁹: et brachiū sanctū ei⁹ Notū fecit dn̄s salutare suū i cōspectu gentiū: reuelauit iusticiā suā. Recordat⁹ est mie sue: ꝛ veritati sue domui isrl̄ Viderūt om̄s termini terre salutare dī nr̄i: iubilate deo oīs t̄ra: cantate et exultate et psallite. Psallite dn̄o in cythara: i cythara et voce psalmi i tubis ductilib⁹ ꝛ voce tube cornee. Iubilate in conspectu regis dn̄i moueat̄ mare ꝛ plenitudo ei⁹: orbis t̄rar̄ ꝛ q̄ hitāt i eo Flūina plaudent man⁹ sil̄ mōtes exultabūt a cōspectu dn̄i: qm̄ vēit iudicar̄ t̄rā Iudicabit orbē t̄rar̄ i iusticia: ꝛ pplos i eq̄ta Dn̄s r̄gnauit irascā pℓ Tur populi: q̄ sedes super

cherubin moueatur t͞ra. Dñs
i syō magnus ; ⁊ excelsus super
oīs pp̄los. Confiteant̄ nomi
ni tuo magno quoniā tribile est
⁊ sanctū: ⁊ honor regis iudiciū
diligit. Tu parasti directōnes
iudiciū ⁊ iusticiā in iacob tu feci
sti. Exaltate dominū deū no
strū: ⁊ adorate scabellū pedum
eius quoniā sanctū ē. Moyses
⁊ aaron i sacerdotib⁹ eius: ⁊ sa
muel inter eos q̄ inuocant nomē
eius. Inuocabāt dominū ⁊
ipe exaudiebat eos: ī colūna nu
bis loquebat̄ ad eos. Custodie
bant testimōia eius: ⁊ p̄ceptum
qd dedit illis. Domīe deus no
ster tu exaudiebas eos: deus tu
propicius fuisti eis ⁊ vlciscens i
omnes adiuētiones eoꝝ. Exal
tate dominuz deū nostruz ⁊ ado
rate i monte sancto eius: quoni
am sanctus domin⁹ deus noster
an. Quia mirabilia fecit domin⁹.
an. Iubilate. psalmus dauid

Iubilate deo omnis terra
seruite domino i leticia.
Introite i cōspectu eius i exl'
tatione. Scitote quoniaz dñs
ipe est deus: ipe fecit nos ⁊ nō
ipi nos. Populus eius ⁊ oues
pascue ei⁹ itroite portas ei⁹ i cō
fessiōe: atria eius in hymnis cō
fitemini illi. Laudate nomen
eius quoniā suauis est dñs in e
ternuz misericordia eius ⁊ vsq̄
in generatione ⁊ generatōnem
veritas eius psalmus dauid

Misericordiam ⁊ iudiciuz
cātabo tibi domine: psal
lam ⁊ intelligam in via imma
culata quando venies ad me.
Perambulabā i innocētia cor
dis mei: in medio dom⁹ me. Nō
p̄ponebaz ante oculos meos rez
iniustaz: facientes priuaricatio
nes odiui. Non adhesit mihi
cor prauuz declinantē a me ma
lignum: non cognoscebam. De
trahentem secreto proximo suo:
hunc persequebar. Superbo
oculo et insaciabili: corde cum
hoc non edebam. Oculi mei
ad fideles terre vt sedeāt mecū:
ābulās i via imacl'ata hic mihi
ministrabat. Nō hitabit i medio
dom⁹ meę q̄ facit supbiā: q̄ loquū
tur iniq̄ nō direxit in conspectu
oculoꝝ meoꝝ. In matutino in
terficiebā oēs pccores terre: vt
disp̄derē de ciuitate dñi oēs o
perantes iniq̄tatē. an. Iubila

te deo omnis terra. añ. Clamor meus. amen. psalmus ci.

Domine exaudi orõnē meã: et clamor meus ad te veniat. Non auertas faciē tuã a me: in q̄cũq3 die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerunt sicut fum⁹ dies mi: et ossa mea sic cremiũ aruerũt. Percussus sũ vt fenũ et aruit cor meũ: q2 oblitus sũ3 comedere panez meũ. A voce gemit⁹ mei: adhesit os meũ carni mẽ Similis fact⁹ sũ3 pellicano solitudinis: factus sum sic nicticorax i domicilio vigilaui ⁊ fact⁹ sũ sicut passer solitarius i tecto. Tota die exprobabant mihi inimici mei: et qui laudabant me aduersum me iurabant. Quia cinerem tanquam panem mã ducabam et potum meũ cu3 fletu miscebam. A facie ire indignatiõis tue: quia eleuans allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerunt: ⁊ ego sicut fenũ arui. Tu autē domine in eternum pmanes et memoriale tuum in generatione et generationem. Tu exurgens domine misereberis syõ quia tẽpus miserendi eius quia venit tempus Quoniam placuerũt seruis tuis lapides eius: et terre eius miserebuntur. Et timebunt gentes nomen tuũ dñe ⁊ omnes reges terre gloriam tuã. Quia edificauit dñs syon: ⁊ videbit̃ i gloria sua. Respexit in orationez humiliũ: ⁊ nõ spreuit pces eo℞. Scribantur hec in generatione altera: ⁊ populus qui creabitur laudabit dominum. Qui a prospexit de excelso sancto suo domin⁹ de celo in terrã aspexit Ut audiret gemitus cõpeditorũ: vt solueret filios interemptorũ. Ut annuncient in syon nomen domini: et laudes eius in hierusalē. In cõueniẽdo populos in vnum et reges vt seruiãt domino. Respondit ei in via virtutis sue: paucitatē die℞ meo℞ nũcia mihi. Ne reuoces me in dimidio die℞ meo℞: i generatione ⁊ generationem anni tui Initio tu dñe terram fũdasti et opa manuum tuarũ sũt celi. Ipsi peribũt tu autem pmanes et omnes sicut vestimentu3 veterascet. Et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur

tu aũt idem ipe es: et anni tui non deficient Filij seruorũ tuo rum hitabunt; et semen eorũ in sclm diriget. psalmus dauid

Benedic anima mea dño: ⁊ oia q̃ intra me sunt no mini sancto eius. Benedic a nima mea dño; et noli obliuisci oms retributiones eius. Qui propiciatur omnib⁹ iniqtatibus tuis; q̃ sanat oms infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te mi sericordia et miserationibus. Qui replet in bonis desideriũ tuum: renouabit vt aqle iuuẽ tus tua Faciẽs mias domin⁹: et iudicium omnibus iniuriã pa tientibus. Notas fecit vias suas moysi: filijs isrl voluntates suas. Miserator et misericors dominus: longanim⁹s ⁊ multũ misericors. Non i perpetuum irascetur: neqȝ in eternum com minabitur. Nõ scdm peccata nostra fecit nobis: neqȝ scdȝ ini quitates nostras retribuit nobis Quoniã scdm altitudieȝ celi a terra: corroborauit miam suam sup timentes se. Quãtum di stat ortus ab occidente: lõge fe cit a nobis iniqtates nr̃as Quo modo miseret pater filiorȝ miser tus est dñs timentib⁹ se: qm ipe cognouit figmẽtum nrm. Re cordat⁹ est qm puluis sumus hõ sic fenũ dies eius; tanq̃ flos a gri sic efflorebit Qm spiritus pertrãsibit in illo ⁊ nõ subsistet et nõ cognoscet ãplius locũ suũ

Misericordia aũt dñi ab eter no: ⁊ vsqȝ in eternum sup timẽ tes eum Et iusticia illius in fi lios filiorȝ: his q̃ seruãt testamen tuȝ eius. Et mẽores sũt man datorum ipsius: ad faciendum ea. Dominus in celo parauit sedem tuam; et regnũ ipsius oi bus dñabitur Benedicite dño omnes angeli ei⁹: potentes vir tutes facientes verbum illi⁹ ad audiendam vocem sermonum e ius. Benedicite dño omẽs vir tutes eius; ministri eius qui faci tis voluntatem eius. Benedi cite dño omnia opa eius: in omi loco dñationes eius benedic a nima mea domino. an. Cla mor meus ad te veniat. an. Be nedic psalmus dauid

Benedic aia mã dño; dñe de⁹ me⁹ magnificat⁹ es

vehemēter. Confessionē τ de
corē induisti: amictus lumine si
cut vestimēto. Extendens ce
lum sicut pellē: qui tegit aquis
supiora ei⁹. Qui ponis nubez
ascensuz tuū: q ābulas sup pen
nas ventoꝝ. Qui facis ange
los tuos spūs: et ministros tuos
ignem vrētez. Qui fundasti
terrā sup stabilitatē suā: non in
clinabit in secl'm seculi. Abis
sus sicut vestimentum amictus
eius: super montes stabūt aque
Ab increpatione tua fugient
a voce tonitrui tui formidabūt
Ascendūt mōtes τ descendūt
campi: in locuz quem fundasti
eis. Terminum posuisti eis
quem non transgredientur: nec
cōuertēt operire terraz. Qui e
mittis fontes in cōuallibus: in
ter mediū montium ptransibūt
aque. Potabunt omēs bestie
agri: expectabunt onagri in
siti sua. Sup ea volucres ce
li habitabunt: de medio petraꝝ
dabunt voces. Rigās mōtes
de supioribus suis: de fructu op
um tuoꝝ saciabitur terra. Pro
ducens fenum iumētis: et her
bā seruituti hominū. Vt edu
cas panez de tra: τ vinum letifi
cet cor hoīs. Vt exhilaret faciē
i oleo: τ pais cor hoīs cōfirmet.
Saciabūt ligna cāpi: τ cedri
libani quas plantauit illic passe
res nidificabūt. Herodij dom⁹
dux est eoꝝ mōtes excelsi ceruis
ptra refugiū herinaciis. Fecit
lunā i tpa. sol cognouit occasuz
suū. Posuisti tenebras τ facta
est nox: i ipa ptrāsibūt ōs bestie
silue. Catuli leonū rugientes
vt rapiant: τ qrāt a deo escam
sibi. Ortus est sol τ cōgrega
ti sūt: τ i cubilibus suis colloca
būtur. Exibit hō ad opus suū
τ ad opatōez suā vsqz ad vespe
raz. Quā magnificata sunt o
pera tua dñe: oia in sapia fecisti
impleta est terra possessiōe tua.
Hoc mare magnū et spacio
sum manibus: illic reptilia quo
rum non est numerus. Anima
lia pusilla cuz magnis: illic na
ues ptrāsibūt. Draco iste quē
formasti ad illudendū ei: oia ad
te expectāt vt des illis escaz in
tpe. Dāte te illis colliget a
piēte te manū tuā: oia iplebūt
bonitate. Auertente ante te
faciē turbabūtur auferes spūm

cor et deficiēt: et i puluerem su
um reuertētur. E mitte spiri
tum tuum et creabūtur: et reno
uabis faciem terre. S it glori
a domini i seculum: letabitur do
minus i operib9 suis. Q ui res
picit terrā ꝛ facit eam tremere
q̄ tāgit mōtes et fumigāt. C ā
tabo domino i vita mea: psallā
deo meo quādiu sum. I ocun
dum sit eloq̄um meum: ego vo
delectabor i domino. D eficiāt
peccatores a terra: ꝛ ūq ita vt
nō sūt benedic anima mea dño
C onfitemini dño ꝛ inuoca
te nomē eius: ānūciate
iter gentes opera eius C anta
te et psallite ei: narrate omnia
mirabilia eius laudamini no
mini sācto eius. L etetur cor
querētium dominum: querite do
minum et cōfirmamini: querite
faciē eius semp. M ementote
mirabilium eius que fecit: pdi
gia ei9 ꝛ iudicia oris ei9. S e
mē abraam serui ei9 filii iacob:
electi eius. I pse dominus de9
noster i vniuersa terra iudicia ei9
M emor fuit in sclm testamēti
sui verbi qd mādauit i mille ge
neratōes Q uod disposuit ad a
braā: et iuramenti sui ad ysaac
E t statuit illud iacob i pceptū
et israel in testamentum eternū
D icens tibi dabo terram ca
naā: funiculū hereditatis vre.
C um essent in numero breui:
paucissimi et incole eius. E t
ptransierūt de gente in gentē:
et de regno ad poplm alterū.
nō reliquit hominē nocere eis:
et corripuit pro eis reges N o
lite tangere christos meos: et i
prophetis meis nolite maligna
ri. E t vocauit famē super ter
ram: et om̄e firmamentū panis
contriuit M isit ante eos virū
et i seruū venūdatus est ioseph.
H umiliauerunt in compedib9
pedes eius: ferrū pertransijt a
nimam eius donec veniret ver
bum eius. E loquium domini
inflamauit eum: misit rex ꝛ sol
uit eū pnceps populorū ꝛ dimi
sit eum. C onstituit eum dñm
domus sue: et pncipem omnis
possessiōis sue. V t erudiret pn
cipes eius sicut semetipm: et se
nes eius prudentiam doceret.
E t intrauit israel in egiptū:
ꝛ iacob accola fuit in terra chā
E t auxit populum suum vehe

menter: et firmauit eum sup ini
micos eius. Conuertit cor eo
rum vt odirent populum eius:
et dolū facerent in seruos eius
Misit moysen seruum suum:
aaron quē elegit ipm. Posuit
in eis verba signorum suorum:
⁊ prodigiorum suorum in terra
chaz. Misit tenebras et obscu
rauit: ⁊ non exacerbauit sermo
nes suos Cōuertit aqs eoꝝ in
sanguinem: et occidit pisces eo
rum. Et dedit terra eorū ra
nas: in penetralibus regū ipo
rum. Dixit et venit cinomia
et cinifex: in omnibus finibus
eorum. Posuit pluuias eorum
grandinē: ignem cōburentem
in terra ipsorum. Et pcussit vi
neas et ficulneas eorū: et cōtri
uit lignū finiū eorū. Dixit et
venit locusta: et bruc⁹ cuius nō
erat numerus. Et comedit oē
fenū in terra eoꝝ: et comedit oēm
fructū terre eoꝝ Et pcussit oē
pmogenitū in terra eorū: primi
tias oīs laboris eorū. Et edu
xit eos cum argento et auro: ⁊
non erat in tribubus eorū infir
mus. Letata est egiptus in p
fectione eoꝝ: q2 incubuit timor

eorū sup eos. Expandit nubē
in ptectionem eorū: ignem: vt
luceret eis per noctē. Petierūt
et venit coturnix: et pane celi
saturauit eos. Dirupit petrā
⁊ fluxerunt aque: abierūt in sic
co flumina. Quoniam memor
fuit verbi sancti sui: qd habuit
ad abraā puerum suum. Et
eduxit populum suum in exulta
tione: et electos suos in leticia
Et dedit illis regiōes gentiū:
et labores populorū possederūt:
Et custodiant iustificationes e
ius: et legem eius requirant.
añ. Benedic anima mea domino
añ. Visita. psalmus dauid

Confitemini domino quoniā
bonus: qm̄ in sclm mia
eius Quis loqtur potentias do
mini: auditas faciet omēs lau
des eius. Beati qui custodiūt
iudiciū: et faciūt iusticiā in omi
tempore. Memento nri domi
ne in beneplacito populi tui: vi
sita nos in salutari tuo Ad vi
dendum in bonitate electorum
tuorum: ad letandum in leticia
gentis tue: vt lauderis cum he
reditate tuā Peccauimus cū
patrib⁹ nostris: iniuste egimus

iniquitatez fecimus. Patres
nostri in egipto nõ intellexerũt
mirabilia tua: non fuerunt me
mores mltitudinis misericordie
tue Et irritauerũt ascendẽtes
in mare mare rubrum Et sal
uauit eos propter nomen suuz:
vt notam faceret potentiaz suã
Et increpuit mare rubrum et
excitatum est: et deduxit eos in
abyssis sicut in deserto. Et sal
uauit eos de manu odientium:
et redemit eos de manu inimici
Et operuit aqua tribulantes
eos: vnus ex eis non remansit
Et crediderũt i verbis eius:
⁊ laudauerunt laudem ei⁹ Ci
to fecerunt obliti sunt operum e
ius: ⁊ non sustinuerunt consiliũ
eius Et concupierũt concupis
centiam in deserto: ⁊ temptaue
runt deum in inaquoso. Et de
dit eis petitionem iporuz: et mi
sit saturitatem in animas eorũ
Et irritauerunt moysen in ca
stris: aaron sanctũ domini. A
perta est terra et degluttiuit da
than: ⁊ operuit sup congregatio
nem abyron Et exarsit ignis
in synagoga eorum: flãma com
bussit peccatores. Et fecerũt
vitulum in oreb: et adorauerũt
sculptile Et mutauerũt gl'iaz
suam: in similitudinem vituli co
medentis fenum. Obliti sunt
deum qui saluauit eos: qui fecit
magnalia in egipto mirabilia i
terra chaz terribilia in mari ru
bro. Et dixit vt disperderet eos
si non moyses electus eius: ste
tisset in confractiõe in cõspectu
eius. Et auerteret irã ei⁹ ne
disperderet eos: et pro nihilo ha
buerunt terram desiderabilem
Non crediderũt verbo eius:
et murmurauerunt in taberna
culis suis non exaudierunt vo
cem domini. Et eleuauit ma
num suam super eos: vt proster
neret eos i deserto Et vt deijce
ret semen eoruz in nationibus:
⁊ disperderet eos in regionibus.
Et iniciati sunt beel phegor: ⁊
comederũt sacrificia mortuoꝝ.
Et irritauerunt euz in adinuẽ
tionibus suis: et multiplicata ẽ
in eis ruina. Et stetit phinees
⁊ placauit: ⁊ cessauit quassatio
Et reputatuz est ei in iusticiã:
in generatione ⁊ generatiõem
vsq3 in sempiternum. Et irri
tauerunt eũ ad aq̃s cõtradictiõ

nis: et vexat⁹ est moyses ppter eos qui exacerbauerũt spũm ei⁹ Et distinxit in labijs suis: non disperdiderunt gentes quas dixit dominus illis. Et cõmixti sunt inter gentes ⁊ didicerũt opa eorũ: et seruierunt sculptilibus eorum: et factũ est illis in scandalum. Et immolauerunt filios suos: et filias suas demonijs. Et effuderunt sanguinez filiorum suorum et filiarum suarũ: quas sacrificauerunt sculptilib⁹ canaã. Et interfecta est terra in sanguinibus: et contaminata est in opibus eorum: et fornicati sunt in adinuentionib⁹ suis Et iratus est furore dominus i populum suum: et abominatus est hereditatem suam. Et tradidit eos in man⁹ gentiuz: ⁊ dominati sunt eorum qui oderunt eos. Et tribulauerunt eos inimici eorũ: et humiliati sunt sub manibus eorum sepe liberauit eos. Ipsi aũt exacerbauerũt eum in consilio suo: et humiliati sunt iniquitatibus suis. Et vidit cũ tribularent: et audiuit orõnẽ eoꝶ. Et mẽor fuit testamẽti sui: ⁊ pẽituit eũ scđm multitudĩe; mie sue. Et dedit eos i mias: in cõspectu oĩuz qui ceperant eos Saluos fac nos dñe de⁹ nr̃: et cõgrega nos de nationib⁹. Ut confiteamur nõi scõ tuo: et gloriemur in laude tua. Benedict⁹ dñs de⁹ israel a seculo: et in seculũ fiat fiat.

psalmus dauid.

Confitẽini dño qm̃ bonus: qm̃ in sclm̃ mia ei⁹ Dicant nunc qui redempti sunt a dño: quos redemit de manu inimici de regionib⁹ cõgregauit eos. A solis ortu et occasu: ab aquilone et mari. Errauerũt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis hitaculi nõ inuenerũt Esurientes et sitiẽtes: aĩa eoꝶ in ipis defecit. Et clamauerũt ad dñz cũ tribularẽtur: et de necessitatib⁹ eoꝶ eripuit eos. Et deduxit eos i viã rectã: vt irẽt in ciuitatẽ hitatiõis. Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominum. Quia saciauit aĩam inanẽ: ⁊ aĩaz esuriẽtez saciauit bõis. Sedẽtes i tenebris et i ũbra mortis victos in mẽdicitate et ferro. Quia exacerbauẽ

runt eloquia dei: ꝛ consilium al
tissimi irritauerūt Et humilia
tum est in laboribus cor eoruꝫ:
et infirmati sunt nec fuit qui ad
iuuaret. Et clamauerunt ad
dominuꝫ cum tribularentur: et
de necessitatibus eorum libera
uit eos Et eduxit eos de tene
bris et vmbra mortis: et vincu
la eorum dirupit. Confitean
tur domino misericordie eius:
et mirabilia eius filijs hominuꝫ
Quia cōtriuit portas ereas: ꝛ
vectes ferreos cōfregit Susce
pit eos de via iniquitatis eoꝝ:
propter iniusticias eniꝫ suas hu
miliati sūt Omnē escā abomi
nata est anima eorum: ꝛ appro
pinquerunt vsqꝫ ad portas mor
tis. Et clamauerunt ad dn̄m
cum tribularentur; et de necessi
tatibus eoꝝ liberauit eos. Mi
sit verbum suū ꝛ sanauit eos:
et eripuit eos de interitionibus
eorum. Confiteātur domino
misericordie eius: et mirabilia
eius filijs hominum. Et sacri
ficent sacrificiū laudis: et annū
cient opera eius in exultatione
Qui descendūt mare in mani
bus; faciētes opationēꝫ in aq̄s

multis. Ipsi viderūt opa dn̄i.
et mirabilia eius in pfūdo Di
xit et stetit spiritus procelle: et
exaltati sunt fluctus eiꝰ. Ascē
dūt vsqꝫ ad celos et descendunt
vsqꝫ ad abyssos: anima eorum
in malis tabescebat Turbati
sunt et moti sunt sicut ebrius;
et oīs sapientia eorum turbata
est. Et clamauerunt ad dn̄m
cum tribularent: et d necessita
tibus eoruꝫ eduxit eos. Et sta
tuit procellam eius in auram;
et siluerūt fluctus eius. Et le
tati sunt quia siluerūt; et edu
xit eos in portuꝫ voluntatis eo
rum Confiteant domino mie
eiꝰ; et mirabilia eiꝰ filijs hoīum
Et exaltent euꝫ in ecclesia ple
bis: et in cathedra senioruꝫ lau
dent eum. Posuit flumina in
desertū: et exitus aq̄rū in sitim
Terrā fructiferā i salsuginē:
a malicia inhitantiū in ea Po
suit desertū in stagna aq̄rum: ꝛ
terrā sine aqua in exitus aqua
rum. Et collocauit illic esuriē
tes: et constituerūt ciuitatē ha
bitationis. Et seminauerunt
agros et plantauerūt vineas:
et fecerunt fructū natiuitatis.

Et benedixit eis et multiplica
ti sunt nimis: et iumenta corū
non minorauit. Et pauci facti
sunt et vexati sūt: a tribulatōe
malorū et dolore. Effusa est con
temptio sup principes: et errare
fecit eos in inuio et non in via.
Et adiuuit paupē de inopia:
et posuit sicut oues familias. Ui
deant recti et letent: et omnis
iniq̄tas opilabit os suū. Quis
sapiens et custodiet hec: et intel
liget misericordias dñi. añ. Ui
sita nos domine in salutari tuo. añ.
Confitebor psalmus dauid
Paratum cor meum deus
paratum cor meum: can
tabo et psallam in gloria mea.
Exurge psalterium et cythara:
exurgam diluculo. Confitebor
tibi in populis dñe: et psallam ti
bi in nationibus. Quia magnā
est sup celos misericordia tua:
et vsq; ad nubes veritas tua.
Exaltare super celos deus:
et super omnem terram gloria
tua vt liberent dilecti tui. Sal
uum fac dextera tua et exaudi
me: deus locutus est in sancto
suo. Exultabo et diuidam sic
cimam: et conuallem taberna
culorum dimentiar. Meus est
galaad: et meus ē manasses et ef
fraym fortitudo capitis mei. Iu
da rex meus: moab lebes spei
mee. In ydumeam extendam
calciamentum meum: mihi alie
nigene amici facti sunt. Quis
deducet me in ciuitatem muni
tam: quis deducet me vsq; in y
dumeam. Nonne tu deus qui
repulisti nos: et non exibis deus
in virtutibus nostris. Da no
bis auxilium de tribulatione:
quia vana salus hominis. In
deo faciemus virtutē: et ad nihi
lum deducet inimicos nostros.
Deus laudem meā ne ta
cueris: quia os peccato
ris et os dolosi super me apertū
est. Locuti sunt aduersum me
lingua dolosa: et sermonibus odij
circūdederūt me: et expugnaue
runt me gratis. Pro eo vt me
diligerent detrahebant mihi: e
go autem orabam. Et posue
runt aduersū me mala pro bonis:
et odiū pro dilectione mea. Con
stitue super eum peccatorem: et
diabolus stet a dextris eius. Cū
iudicatur exeat condēnatus: et
orō eius fiat in peccatū. Fiāt

dies eius pauci: ⁊ ẽpatum eius accipiat alter. Fiant filij eius orphani: et uxor eiꝰ vidua. Nutantes transferãtur filij eius et mendicent: et eijciantur de habitationibus suis. Scrutetur fenerator omneꝫ substantiã eius: et diripiant alieni labores eiꝰ. Nõ sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius. Fiãt nati eius in interitum: in generatione vna dleatur nomē eiꝰ. In memoriã rdeat iniquitas patrum eius in conspectu dñi: et peccatum matris eius nõ deleatur. Fiant contra dominũ semꝑ: et dispereat memoria eoruꝫ de terra pro eo ꝙ non est recordatus facere misericordiam. Et persecutus est hominem inopem et mendicũ et compunctũ corde mortificare. Et dilexit maledictionem et veniet ei: et noluit benedictiõeꝫ ⁊ elongabit ab eo. Et induit maledictõeꝫ sicut vestimentum: et intrauit sicut aqua in interiora eius ⁊ sicut oleũ in ossibus eius. Fiat ei sicut vestimentuꝫ quo operit: et sicut zona q̃ semꝑ ꝑcingitur. Hoc opꝰ eoꝝ q̃ detrahũt mihi

apd dñm: et q̃ loquunt mala aduersus aĩam meã. Et tu domine fac mecũ ꝓpter nomē tuũ: qꝛ suauis est mĩa tua. Libera me qꝛ egenꝰ et pauꝑ ego suꝫ: ⁊ cor meũ cõturbatũ est intra me. Sicut ũbra cũ dclinat ablatꝰ suꝫ: et excussus sum sic locuste. Genua mea infirmata sunt a ieiunio: et caro mĩa imutata est ꝓpter oleũ. Et ego factus sum opprobriũ illis: viderũt me et mouerũt capita sua. Adiuua me domine deꝰ meꝰ: saluũ me fac scdꝫ miam tuã. Et sciant qꝛ manꝰ tua hec: et tu dñe fecisti eam. Maledicēt illi et tu benediceꝫ qui insurgũt in me cõfundãtur: seruus aũt tuus letabit. Induant q̃ detrahũt mihi pudore: et opiant sic diploide cõfusione sua. Cõfitebor dño nimis in ore meo: et in mdio multoꝝ laudabo eũ. Qui astitit a dextris paupis: vt saluaꝫ faceret a ꝑsequentibus animam meam.

añ. Confitebor domino nimis in ore meo. añ. Domine exaudi orationem meam. In laudibus.

Benigne fac in bona voluntate tua domine. p̃s. Miserere

re. amen. añ. Bonum est confite
ri domino ps I pm. añ. Metu
ant dominum omnes fines terre. ps
Deus de⁹. evovae. añ Audite
Audite celi que C anť.
loquor: audiat terra ver
ba oris mei Concrescat i plu
uia doctrina mea: fluat vt ros
eloquium meuz Quasi ymber
super herbam: ꝛ quasi stille sup
gramina quia nomen domini i
uocabo. Date magnificentiã
deo nostro dei perfecta sunt ope
ra: et omnes vie eius iudicia.
Deus fidelis ꝛ absqꝫ vlla ini
quitate; iustus et rectus pecca
uerunt ei et non filij eius in sor
dibus Generatio praua atqꝫ
peruersa: heccine reddis domio
popule stulte et insipiens. Nũ
quid non est ipse pater tuus qui
possedit te; et fecit et creauit te
Memento dierum antiquoꝝ;
cogita generationes singulas.
Interroga patrem tuum; et
annunciabit tibi maiores tuos
et dicent tibi. Quando diuide
bat altissimus gentes: quãdo se
parabat filios adã. Constitu
it terminos populorum; iuxta
numerum filioꝝ israel. Pars
aũt domini populus eius: iacob
funiculus hereditatis eius In
uenit eum in terra deserta: i lo
co horroris et vaste solitudinis.
Circunduxit eũ et docuit; et
custodiuit q̃si pupillã oculi sui.
Sicut aq̃la prouocans ad vo
landũ pullos suos: ꝛ sup eos vo
litans. Expandit alas suas ꝛ
assumpsit eos; atqꝫ portauit in
humeris suis. Dominus solus
dux eius fuit: et non erat cũ eo
deus alienus. Constituit euz
sup excelsaz terram: vt comede
ret fructus agrorum. Ut sug
geret mel de petra: oleũqꝫ d̃ sa
xo durissimo. Butirũ de armẽ
to; et lac de ouibus cum adipe
agnorum; et arietum filiorum
basan. Et hyrcos cum medul
la tritici: et vinuz vue biberẽt
meracissimum. Incrassatus
est dilectus et calcitrauit: icras
satus impinguatus dilatatus.
Dereliq̃t deũ factorez suũ; et
recessit a deo salutari suo Pro
uocauerũt eũ in dijs alienis: et
in abõinatiõib⁹ ad iracũdiã cõ
citauerunt. Immolauerunt
demonijs et non deo: dijs quos
ignorabant. Noui recentesqꝫ

venerunt: quos non coluerūt pa
tres eorū. D eū qui te genuit
dereliquisti: et oblitus es domini
creatoris tui. V idit dominus
et ad iracundiā cōcitatus est:
quia prouocauerunt eū filij sui
et filie. E t ait abscondam fa
ciem meā ab eis: et considera
bo nouissima eorum. G enera
tio eorum peruersa est: et infide
les filij. I pi me prouocauerūt
in eo qui non erat deus: et irri
tauerunt in vanitatibus suis.
E t ego prouocabo eos in eo q
non est populus: et in gente stul
ta irritabo illos. I gnis succē
sus est in furore meo: et ardebit
vsqz ad inferni nouissima. D e
uorabitqz terram cum germine
suo: et montiū fundamenta cō
buret. C ōgregabo super eos
mala: et sagittas meas comple
bo in eis. C onsumentur fame
et deuorabunt eos aues morsu
amarissimo. D entes bestiarū
immittam in eos: cum furore tra
hentiū super terram atqz serpē
tium. F oris vastabit eos gla
dius: et intus pauor. I uuenē
simul ac virginem lactentem:
cum homine sene. E t dixi vbi

sunt: nam cessare faciā ex omni
bus memoriā eorum. S ed propter
iram inimicorū distuli: ne forte
superbirent hostes eorū. E t dice
rent manus nr̄a excelsa: et non
dn̄s fecit hec oia. G ens absqz
cōsilio ē et sine prudētia: vtinā
saperēt et intelligerēt ac noui
ma prouiderēt. Q uomodo per
sequebatur vnus mille: et duo fu
garent decem milia. N onne
ideo quia dn̄s suus vēdidit eos:
et dominus conclusit illos. N on
enim est deus noster vt deus eorum:
et inimici nr̄i sunt iudices. D e
vinea sodomorum vinea eorum: et
de suburbanis gomorre. V ua
eorum vua fellis: et botrus amaris
simus. F el drachonum vinum
eorum: et venenū aspidū insana
bile. N onne hec condita sunt
apud me: et signata i thesauris
meis. M ea est vltio et ego re
tribuam eis in tēpore: vt laba
tur pes eorum. I uxta est dies per
ditionis: et adesse festināt tem
pora. I udicabit populū suum:
et in seruis suis miserebitur. V i
debit quod infirmata sit manus e
ius: et clausi quoqz defecerunt
residuiqz consumpti sunt. E t

dicent vbi sunt dij eoꝝ: in quib⁹ habebāt fiduciā. D e quorum victimis comedebant adipes: et bibebāt vinum libaminum. S urgant ⁊ opitulent vobis: et in necessitate vos protegant V idete qꝛ ego sū solus: et nō sit ali⁹ de⁹ preter me. E go occidā et ego viuere faciam: pcutiam et ego sanabo ⁊ non est q̇ d manu mea possit eruere L euabo ad celum manum meā: et dicam viuo ego in eternum. S i acuero vt fulgur gladium meū: et arripuerūt iudiciū manus mē. R eddā vltionē hostibus mīs: et his q̇ oderūt me retribuā. I nebriabo sagittas meas sanguie: ⁊ gladi⁹ me⁹ deuorabit carnes. D e cruore occisorū et de captiuitate nudati: inimicoꝝ capitis L audate gētes populū ei⁹: qꝛ sanguinē seruorū suorū vlciscet. E t vindictā retribuet i hostes eoꝝ: et ꝓpicius erit terre populi sui. añ. A udite celi que loquor. I n cymbalis benesonātib⁹ laudate deū euouae. L añ. I llūina dñe sedētes i tenebris ⁊ i ūbra mortis. B ñdño. S eculoꝝ. amen.

Ad vesperas añ D ixit dominus domino.

D ixit domin⁹ domino meo: sede a dextris mis D onec ponam inimicos tuos: scabellum pedum tuorum. V irgam virtutis tue emittet dominus ex syon: dominare in medio inimicorum tuorum. T ecum principium in die virtutis tue in splendoribus sanctorū: ex vtero ante luciferum genui te. I urauit dominus et non penitebit eum: tu es sacerdos i eternum scđm ordinem melchisedech. D ominus a dextris tuis: cōfregit in die ire sue reges I udicabit in nationibus implebit ruinas: conquassabit capita in terra multorū. D e torrente i via bibit: propterea exaltabit caput. añ D ixit dominus domino meo sede a dextris meis.

añ F idelia psalm⁹ dauid

C onfitebor tibi domine in toto corde meo: in consilio iustorum et congregatione. M agna opera domini: exqui

ita in omnes voluntates eius.
Confessio et magnificentia opus eius: et iusticia eius manet in seculum seculi. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator domin⁹: escaʒ dedit timentibus se. Memor erit in seculum testamenti sui: virtutem operuʒ suorum annũciabit populo suo. Ut det illis hereditatem gentiuʒ: opera manuum eius veritas et iudicium Fidelia omnia mãdata ei⁹ cõfirmata in seculum seculi: facta in veritate et equitate. Redemptionem misit dominus populo suo: mandauit in eternum testamentum suum. Sanctũ et terribile nomen eius: initiuʒ sapientie timor domini. Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in seculum seculi. Fidelia oia mandata ei⁹ confirmata in seculũ scl'i. añ. In mandatis eius.

psalmus dauid

Beatus vir qui timet dñʒ: in mandatis eius volet nimis. Potens in terra erit semen ei⁹: generatio rectorum benedicetur. Gloria et diuitie in domo eius: et iusticia eius manet in seculum seculi. Exortũ est in tenebris lumen rectis: misericors et miserator et iustus Iocundus homo qui miseret et cõmodat: disponit sermones suos in iudicio: quia in eternuʒ non cõmouebitur. In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Paratum cor eius sperare in domino confirmatum est cor eius nõ cõmouebit᷑: donec despiciat inimicos suos. Dispersit dedit pauperib⁹ iusticia eius manet in seculum seculi: cornu eius exaltabitur in gloria. Peccator videbit et irascetur dentibus suis fremet et tabescet: desiderium peccatorum peribit. añ. In mãdatis eius volet nimis. añ. Sit nomẽ.

psalmus dauid.

Laudate pueri dominuʒ: laudate nomen domini. Sit nomẽ domini benedictũ: ex hoc nunc et vsqʒ in seculum. A solis ortu vsqʒ ad occasum: laudabile nomen domini. Excelsus sup omnes gentes dñs: et sup celos gloria eius Quis sic dominus deus noster q in al

tis habitat: humilia respicit in
celo et in terra. Suscitans a
terra inopem: et de stercore eri
gens pauperem: vt collocet eũ
cum pncipib⁹: cuz principib⁹ po
puli sui. Qui hitare facit steri
lem in domo: matrem filiorum
letantẽ. añ Sit nomen domini
benedictum in secula. añ Nos q̇
viuimus. psalmus dauid.

In exitu isrl' de egipto: do
mus iacob d̃ populo bar
baro. Facta est iudea sanctifi
catio ei⁹: isrl' potestas ei⁹. Ma
re vidit et fugit iordanis: quia
conuersus est retrorsum. Mon
tes exl'tauerũt vt arietes: ⁊ col
les sic agni ouiũ. Quid est ti
bi mare q' fugisti: ⁊ tu iordãis
q2 cõuersus ẽ retrorsũ. Montes
exultastis sic arietes: et colles
sicut agni ouium. A facie do
mini mota est terra: a facie dei
iacob. Qui conuertit petrã in
stagna aquaꝝ: ⁊ rupẽ in fontes
aquaꝝ. Non nobis domine nõ
nobis: sed nomini tuo da gl'iaz
Sup mia tua ⁊ vitate tua:
neq̃ño dicãt gẽtes vbi est de⁹ eo
rũ. De⁹ aũt nr̃ in celo: oia que
cũqz voluit fecit Simulacra
gentiũ argẽtũ et aurũ: opa ma
nuũ hoiu n. Os habent et nõ
loquent̃: oculos habent et nõ vi
debunt Aures habent et non
audient: nares habent non odo
rabunt. Manus habẽt et non
palpabunt: pedes habẽt et non
ambulabunt non clamabũt in
gutture suo. Similes illis fi
ant qui faciunt ea: et omnes q̇
confidunt in eis. Domus isrl'
sperauit in domino: adiutor eo
rum et protector eoꝝ est. Do
mus aaron sperauit in domio:
adiutor eorum et protector eoꝝ
est. Qui timent dominum spe
rauerunt in domino: adiutor eo
rum et protector eoꝝ est. Do
minus memor fuit nostri: et be
nedixit nobis. Benedixit do
mui israel: benedixit domui aa
ron. Benedixit omnibus qui
timent dominum: pusillis cum
maioribus. Adiciat dominus
sup vos: sup vos ⁊ sup filios ve
stros Benedicti vos a dño: q̇
fecit celũ et terrã. Celũ celi
dño: terrã aũt dedit filijs hoiuz
Nõ mortui laudabũt te dñe:
neqz omnes qui descendunt in
infernum. Sed nos qui viui

mus benedicimus domino: ex hoc nunc et vsqz in seculum. añ Nos qui viuim⁹ benedicim⁹ domino. Feria .ii. añ Inclinauit.

Dilexi quoniã exaudiet dominus vocem orationis mee. Quia inclinauit aurem suam mihi: et in diebus meis inuocabo. Circundederunt me dolores mortis: et pericula inferni inuenerunt me. Tribulationem et dolorem inueni: ꝛ nomen domini inuocaui. O dñe libera animã meaz misericors dominus et iustus: ꝛ deus noster miseret. Custodiens paruulos dominus: humiliatus suz et liberauit me. Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dñs benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos a lacrimis pedes meos a lapsu. Placebo domino in regione viuoruz. añ Inclinauit dominus aurem suam mihi. añ Credidi. ps os.

Credidi propter quod locutus suz: ego aũt hũiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo: omnis homo mẽdax

Quid retribuam domino: pro omnibus q̃ retribuit mihi. Calicem salutaris accipiam: et nomen domini inuocabo. Uota mea domino reddã coram omni populo eius: preciosa in conspectu domini mors sanctorum ei⁹. O domine quia ego seruus tuus: ego seruus tuus ꝛ filius ancille tue. Dirupisti vincla mea tibi sacrificabo hostiaz laudis: ꝛ nomẽ domini inuocabo. Uota mea dño reddã in conspectu omnis populi eius: in atrijs domus domini in medio tui hierusalẽ. añ Credidi propter quod locutus sum añ. Laudate.

psalm⁹ dauid

Laudate dominum omẽs gentes: laudate euz oẽs populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia ei⁹: et veritas domini manet in eternum. añ. Laudate dominũ oẽs gentes. añ. Clamaui.

psalmus dauid.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nunc israel quoniaz bonus: qm̃ i sc̃lm misericordia ei⁹.

Dicat nūc domus aaron: qm̄ in seculū misericordia ei⁹. Di cant nunc qui timent dominū: quoniam in sclm̄ misericordia e ius. De tribulatione inuoca ui dominū: et exaudiuit me in latitudine dominus. Domin⁹ mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor: et ego dspiciā ini micos meos. Bonum est con fidere in domino: q̄ confidere i homine. Bonum est sperare i domino: q̄ sperare in principi bus. Omnes gentes circuie runt me: et in nomie domini q2 vltus sum in eos. Circūdan tes circumdederūt me: et in no mine domini q2 vltus sum in e os. Circūdederūt me sicut a pes et exarserunt sicut ignis in spinis: et in nomine domini q2 vltus sum in eos. Impulsus euersus sum vt caderem: et do minus suscepit me Fortitudo mea et laus mea dominus: et factus est mihi in salutē. Vox exultationis ⁊ salutis: in taber naculis iustorum. Dextera do mini fecit virtutem dextera do mini exaltauit me: dextera dñi fecit v̄tutē. Non moriar sed viuam: et narrabo opa domini Castigās castigauit me dñs: et morti non tradidit me. Ape rite mihi portas iusticie ⁊ igres sus in eas confitebor domino: hec porta dñi iusti ītrabūt in eā Confitebor tibi dñe qm̄ exau disti me: ⁊ factus es mihi in sa lutem. Lapidem quē reprba uerūt edificātes: hic factus est in caput anguli. A domino fa ctū est istud: et est mirabile in o culis nr̄is. Hec dies quā fecit dominus: exultem⁹ ⁊ letemur i ea. O dñe saluū me fac o dñe bene psperare: benedict⁹ qui ve nit i noie dñi. Benediximus vo bis de domo dñi: de⁹ dñs et illu xit nobis Constitui te diē so lēnem in condēsis: vsq3 ad cor nu altaris. Deus meus es tu confitebor tibi: de⁹ meus es tu ⁊ exaltabo te. Confitebor ti bi qm̄ exaudisti me: ⁊ fact⁹ es mihi in salutē Cōfitēini dño qm̄ bon⁹: qm̄ in sclm̄ mia ei⁹.

Ad primam psalmus dauid.

Beati imaculati in via: q̄ ābulāt i lege dñi. Bea ti q̄ scrutant testimōia ei⁹: in to

to corde exquirunt eum. Non
enim qui operantur iniquitatem:
in viis eius ambulauerunt. Tu
mandasti mandata tua: custodi
ri nimis. Utinam dirigantur
vie mee: ad custodiendas iustifi
cationes tuas. Tunc non cõ
fundar: cum pspexero in omnib'
mandatis tuis. Confitebor
tibi in directione cordis: in eo
q didici iudicia iusticie tue. Iu
stificatões tuas custodiã: nõ me
derelinquas vsquequaq.
ps.
In quo corrigit adolescen
tior viã suã: in custodien
do sermones tuos. In toto cor
de mo exquisiui te: ne repellas
me a mãdatis tuis. In corde
meo abscõdi eloquia tua: vt nõ
peccẽ tibi. Benedictus es dñe
doce iustificationes tuas. In
labijs meis pronũciaui: omnia
iudicia oris tui. In via testi
moniorum tuorum delectat' sũ
sicut in omnibus diuitijs. In
mandatis tuis exercebor: et cõ
siderabo vias tuas. In iusti
ficatõib' tuis meditabor non ob
liuiscar sermones tuos.
ps.
Retribue seruo tuo iustifi
ca me: et custodiam ser
mones tuos. Reuela oculos
meos: et considerabo mirabilia
de lege tua. Incola ego sum
in terra: non abscondas a me
manda tua. Concupiuit aĩa
mea desiderare iustificatiões tu
as: in oĩ tempore. Increpasti
supbos maledicti: qui declinãt
a mandatis tuis. Aufer a me
opprobrium et contemptum: q
testimonia tua exq̃siui. Etenim
sederunt principes: et aduersum
me loquebant': seruus aũt tuus
exercebatur in iustificationibus
tuis. Nam et testimõia tua me
ditatio mea est: et consiliũ meũ
iustificationes tue.

psalmus dauid

Adhesit pauimento anima
mea: viuifica me scdm
verbum tuum. Uias meas an
nunciaui et exaudisti me: doce
me iustificatiões tuas. Uiam
iustificatõnũ tuarũ instrue me:
et exercebor in mirabilib' tuis.
Dormitauit anima mea pre
tedio: cõfirma me in verbis tu
is. Uiam iniquitatis amoue
a me: et de lege tua miserere mi
Uiam veritatis elegi: iudicia
tua non sum oblitus. Adhesi

testimoniis tuis domine: noli me confundere. Viam mādatorū tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum. Gloria Q ant.

Quicunq; vult saluus esse: ante omnia op⁹ ē vt teneat catholicam fidem. Quaz nisi quisq; integrā inuiolatāq; seruauerit: absq; dubio in eternum peribit. Fides autem catholica hec est: vt vnum deum in trinitate: et trinitatem in vnitate veneremur. Neq; confundētes personas: neq; substātiam separantes. Alia est enim persona patris alia filij: alia spiritus sancti. Sed patris et filij et spiritus sancti vna est diuinitas equalis gloria: coeterna maiestas. Qualis pater talis filius: talis spiritus sanctus. Increatus pater increatus filius: increat⁹ spiritus scūs. Immensus pater immēsus filius: immensus spiritus sanctus. Eternus pater etern⁹ filius: eternus spiritus sanctus. Et tamē non tres eterni: sed vnus eternus. Sicut nec tres increati nec tres immensi: sed vnus increatus et vnus immēsus. Similiter omnipotens pater omnipotens filius: omnipotens spirit⁹ sanct⁹. Et tñ non tres omnipotētes: sed vn⁹ est oīpotēs. Ita de⁹ pater de⁹ fili⁹: de⁹ spirit⁹ sanct⁹. Et tñ nō tres dij: sed vn⁹ ē de⁹. Ita dñs pater dñs filius: dñs spūs sanct⁹. Et tñ nō tres dñi: sed vn⁹ est dñs. Quia sic sigillatī vnāquāq; psonā deū aut dñz cōfiteri: christiana vitate cōpellimur. Ita tres deos ac dños dicere: catholica religiōe phibemur. Pater a nullo est factus: nec creatus nec genit⁹. Filius a patre solo ē nō fact⁹ nec creatus: sed genitus. Spiritus sanctus a patre et filio nō factus: nec creatus nec genit⁹ sed procedens. Unus ergo pater non tres patres vnus filius nō tres filij: vn⁹ spūs scūs non tres spūs sci. Et in hac trinitate nihil p⁹ aut posteri⁹: nihil maius aut min⁹. Sed tote tres psōe coeterne sibi sunt et coeqles. Ita vt p oīa sic iā supradcz ē et vnitas itrinitate: et trinitas i vnitate veneranda sit. Qui vult ergo salu⁹ eē: ita d trinitate

sentiat. Sed necessariū est ad eternam salutem vt incarnatō nez quoqz dñi nostri iesu christi: vnusqsqz fideliter credat. Est ergo fides recta vt credam⁹ et confiteamur: quia dominus nr̄ iesus christus dei filius deus et homo est. Deus est ex substantia patris ante secula genitus: et homo ex substantia matris ī seculo natus Perfectus deus perfectus homo: ex aīa rationali ꝛ hūana carne subsistens. Equalis patri scd̄m diuinitatez: minor patre scd̄m humanitatem Qui licet deus sit et homo: nō duo tamen sed vnus est christus. Vnus aūt nō cōuersione diuinitatis in carnē: sed assumptione hūanitatis ī deum. Vnus omnino nō confusione substantie: sed in vnitate persone. Naz sicut anima rationalis ꝛ caro vnus est homo: ita deus et homo vn⁹ christus. Qui passus est pro salute nr̄a descendit ad inferos: tertia dia resurrexit a mortuis Ascendit ad celos sedet ad dexterā dei patris cipotentis: inde venturus est iudicare viuos et mortuos. Ad cuius aduentuz omnes homies resurgere habent cuz corporib⁹ suis: et reddituri sunt de factis proprijs rationem. Et qui bona egerunt ibunt in vitam eternam: qui vero mala in ignem eternū. Hec est fides catholica: quam nisi quisqz fideliter firmiterqz crediderit: saluus esse non poterit. Ad tertiam. añ

Ab occultis. psalm⁹ od

Legem pone mihi domine viam iustificationū tuarum: et exquiram eam semper Da mihi intellectuz et scrutabor legem tuaz: et custodiā illā in toto corde meo. Deduc me in semita mandatorum tuorū: quia ipam volui Inclina cor meum in testimonia tua: et non in auariciam. Auerte oculos meos ne videant vanitatem: ī via tua viuifica me Statue seruo tuo eloquium tuum: in timore tuo Amputa opprobriū meum quod suspicatus sum: qz iudicia tua iocunda. Ecce cōcupiui manda tua: in equitate tua viuifica me Et veniat super m̄ misericordia tua domie: salutare tuuz scd̄m eloquium tu

ueni in maturitate ꝛ clamaui:
quia in verba tua super speraui
P reuenerunt oculi mei ad te
diluculo: vt meditarer eloquia
tua V ocem meam audi scd̄m
misericordiam tuam domine:
et scd̄m iudicium tuum viuifica
me A ppropinquauerūt perse
quentes me iniquitati: a lege
aūt tua longe facti sunt P ro
pe es tu domine: et oīs vie tue
veritas I nitio cognoui de te
stimonijs tuis: quia in eternū
fundasti ea psalmus dauid
V ide humilitatem meam
et eripe me: quia legē
tuam non sum oblitus. I udi
ca iudicium meū ꝛ redime me:
propter eloquium tuum viuifica
me. L onge a peccatoribus sa
lus: quia iustificatiōes tuas nō
exquisierūt. M isericordie tue
multe domie: scd̄m iudiciū tuū
viuifica me. M ulti qui perse
quunt me et tribulant me: a te
stimōijs tuis nō declinaui. V i
di preuaricantes ꝛ tabescebā:
quia eloquia tua nō custodierūt
V ide quoniam mandata tua
dilexi domine: in misericordia
tua viuifica me. P rincipium
verborum tuorum veritas: in e
ternū omīa iudicia iusticie tue
P rincipes persecuti sūt m̄
gratis: et a verbis tuis
formidauit cor meum. L eta
bor ego super eloquia tua: sicut
q̄ inuenit spolia multa. I niq̄
tatem odio habui et abominat⁹
sū: legem aūt dilexi S epties
in diē laudem dixi tibi: super iu
dicia iusticie tue. P ax multa
diligentibus legē tuam: et nō
est illis scandalum. E xpecta
bam salutare tuum domine: ꝛ
mandata tua dilexi. C ustodi
uit anima mea testimonia tua:
et dilexit ea vehemēter. S er
uaui mandata tua ꝛ testimonia
tua: quia oēs vie mee in cōspe
ctu tuo psalmus dauid
A ppropinq̄t deprecatio m̄a
i cōspectu tuo dn̄e: iuxta
eloqum tuū da mihi itellectum
I ntret postulatō m̄a i cōspectu
tuo dn̄e: iuxta eloquium tuum
eripe me. E ructabunt labia
mea hymnum: cū docueris me
iustificationes tuas. P ronun
ciabis lingua mea eloquium tu
um: quia omnia mandata tua
equitas. F iat manus tua vt

saluet me: quoniã mãdata tua elegi Concupiui salutare tuũ dñe; et lex tua meditatio mea est. Viuet aĩa mea et lauda bit te: et iudicia tua adiuuabũt m̃. Erraui sicut ouis que pijt: quere seruum tuum domine: qz mandata tua non sum oblitus.

añ Clamaui psalmus 55.

Ad dominum cum tribulare clamaui: et exaudiuit me. Domine libera aiam meam a labijs iniquis: et a lingua dolosa. Quid det tibi aut quid apponatur tibi: ad linguã dolosam. Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatorijs. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus cedar multũ incola fuit anima mea. Cum his qui oderunt pacẽ erã pacificus: cũ loquebar illis impugnabant me gratis. añ Clamaui et exaudiuit me. añ Auxilium.

